Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0003

Fasc. 4 und 5 fehlen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0004

Schlechtendal:

HORTUS HALENSIS

TAM VIVUS QUAM SICCUS

ICONIBUS ET DESCRIPTIONIBUS

ILLUSTRATUS

A

D. F. L. DE SCHLECHTENDAL,

HORTI DIRECTORE.

FASCICULUS I. — III

Ungültig

B61.4°

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

IMPENSIS AUCTORIS EDITUM.

1841

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0005

Novarum non solum et dubiarum tam in horto academico cultarum quam in herbario proprio degentium stirpium sed etiam pingendi copia ad edendum hocce opusculum nos impulsit. Iconibus coloratis plantas ex vivo depictas illustrabimus, non coloratis autem ex horto sicco electas. Descriptiones fusiores, adumbrationes, observationes variae indolis, notas, sic ut res postulare videtur, addemus, benevole accipiant botanici nostrisque conaminibus favere pergant.

Halis Saxonum Calendis Maji a. MDCCCXLI.

D. F. L. de Schlechtendal.

UNIVERSITÄTS- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

HORTUS HALENSIS

TAM VIVUS QUAM SICCUS

ICONIBUS ET DESCRIPTIONIBUS

ILLUSTRATUS

A

D. F. L. DE SCHLECHTENDAL,

HORTI DIRECTORE.

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

IMPENSIS AUCTORIS EDITUM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0007

UNIVERSITÄTS- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

AB HH 35

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0008

VIRO EXPERIENTISSIMO

CAROLO EHRENBERG

PLANTARUM EXOTICARUM SOLLERTISSIMO SCRUTATORI

NEC NON

MANIBUS

AMICI BEATI

GUILELMI SCHIEDE

MED. ET PHILOS. DOCTORIS

VEGETABILIUM MEXICANORUM DILIGENTISSIMI INDAGATORIS

HOCCE OPUSCULUM

GRATA PIAQUE MENTE

D. D. D.

AUCTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0009

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0010

I.

MARGARANTHUS SOLANACEUS Schldl.

Char. gen. Herba pseudodichotome ramosa. Folia solitaria. Inflorescentia: flores solitarii alares. Calyx sub anthesi sub-5-angulari-campanulatus, 5-dentatus, persistens et increscens, inflato-ovoideus, acutus, dentibus conniventibus clausus, fructum abscondens. Corolla pentagono-urceolato-globosa, ore minute-5-dentato. Stamina 5, conniventia, antheris dorso affixis, bilocularibus, rima duplici longitudinali dehiscentibus. Pistillum specie simplex; ovarium biloculare, annulo glanduloso basi immersum; stylus cylindricus, stigmate terminali obtuso. Fructus subbaccatus, bilocularis, polyspermus, spermophorum duplex in medio dissepimento; semina reniformi-orbicularia, compressa, impresso-punctata; embryo curvatus.

Char speciei. Herba annua, valde ramosa, foliis petiolatis ovatis s. ovato-lanceolatis, acutatis, floribus nutantibus, sordide coerulescentibus.

Syn. Margaranthus solanaceus Schldl. Ind. sem. hort. Hal. a. 1838 p. 8.

Patria. Ad Papantla Mexicanorum Decembri mense a. 1828 legit beatus Schiede plantam fructus floresque ferentem, quam Physalidis speciem annuam habuit.

Descriptio. Radix annua ut in Physalidibus pluribus. Caulis erectus, bipedalis minorve, pseudodichotomus, teres, leviter angulatus, glaber, lineis duabus sibi approximatis, paululum elevatis, tenuiterque pilis albis minutis crispatis erectis obsessis, latere interiore ramorum decurrentibus notatus. Quae pubescentia ramorum alam versus paulo crebrior, in margines petioli canaliculati procedit ciliolatumque reddit marginem foliorum, non minus pedunculos occupat calycisque inferiorem partem in primis investit, marginemque ejus ciliolis instruit. Foliorum utraque pagina fere glabra, licet nervus medius in superficie iisdem pilis ut caulis pubescat, pagina vero infera in nervo venisque majoribus nec non in ipsa diachymate raris adspersa sit pileolis subadpressis Folia solitaria ad ramorum exortum, hos vero non fulcientia sed a latere alae adstantia, petiolata, ovata, acuminata acutave, plerumque integerrima, maxima interdum uno alterove dente majore aut obsoleto instructa, basi rotundata vel juniorum acutiuscula, inferiora majora ad 4 usque poll. longa, 2½ p. lata, superiora sensim diminuta, ita ut in apicibus pollice minora tantum adsint folia; omnia supra sunt intensius viridia, subtus pallidiora. Petiolo gaudiunt 6—9 l. longo minorive, supra canaliculato, patente, lamina fere semper deorsum flexa pendula. Flores pedunculati, solitarii, alares, pedunculo brevi, paucas lineas longo, deorsum curvato nutantes. Calyx herbaceus viridis, primum parvus corolla angustior, dein globoso-tumidus baccam laxe cingens. Corolla urceolato-globosa, obtuse pentagona et 5-sulcata, ore contracto denticulis 5 minutis erectiusculis notato, extus glabra, intus villosula, e viridescenti-violacea s. livido-coerulea, apicem versus pallidior. Stamina 5 subaequalia, inclusa, corollae insidentia, conniventia; fila-

menta brevia glabra, antheris oblongis breviora. Ovarium annulo glanduloso latiusculo croceo inferne cinctum, viridescens, sulco medio in duas partes partitum; stylus corollam longitudine aequans, cylindraceus, sensim attenuatus, apice fere truncatus ibique stigmatiferus, glaber. Fructus calyce pentagono et globoso-ovoideo, dentibus conniventibus clauso et acutato, reticulato-venoso, nonnisi ad nervos apicesque dentium pilis aliquot brevibus instructo, dimidium pollicem alto et ad basin lato absconditur, stipiti brevissimo crasso intra calycem insidens, globosus, diametri 3-linearis, glaber, viridis, subbaccatus, bilocularis, 20 circiter semina fovens, subreniformia, compressa, lutescentia, lineam fere longa, dense scrobiculata. Embryo curvatus albus; albumen semipellucidum albidum.

Adnotatio 1. Ad Physalides quin fructu hoc genus proxime accedat nullum dubium, recedit autem pericarpio minus succulento, membranaceo potius, in primis vero corollae insigni et peculiari forma, qua ab omnibus Solaneis distat.

2. E semine allato haec planta in caldario horti nostri laete crevit, flores permultos tulit, fructusque perfecit, semina vero immatura foventes, nullibi enim nec apud nos nec in aliis hortis planta resurrexisse videtur.

3. Solanearum e numero in terris Mexicanis haud exiguo plures species novae novaque genera innotuerunt. Inter haec ad *Laureriam* (Linn. VIII. p. 513) e schedis relictis defuncti amici sequentia subjungere possumus: „Calyx aurantiacus 5-angularis, apice 5-fidus. Corolla, quam non explicatam vidi, intensius aurantiaca, regularis, tubuloso-ventricosa, versus apicem constricta et supra stricturam 5-fida, lobis parvis rotundatis, tubus 5-angularis, angulis in lacinias limbi excurrentibus. Fructus calyce inclusus".

4. Nomen e verbis *μάργαρον* et *ἄνθος* compositum ad florum similitudinem cum margaritis adludit.

Tab. I. Fig. 1. Margaranthi solanacei superior pars florifera, magn. nat. *Fig.* 2. folium ex inferiore caulis parte, magnum, obsolete dentatum, magn. nat. *Fig.* 3. Flos a latere visus, auctus. *Fig.* 4. corolla ab orificio visa aucta. *Fig.* 5. Flos a latere apertus, demta calycis et corollae parte, auctus. *Fig.* 6. Corollae pars magis aucta cum staminibus duobus ab interiore latere visa. *Fig.* 7. Pistillum cum apice pedunculi, auctum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0012

II.

SOLANUM VERRUCOSUM Schldl.

Char. speciei: S. herbaceum, perenne, inerme; rhizomate repente, stolonifero et tuberifero; caule angulato; foliis pinnatis, pinnis 3 — 7 majoribus deorsum decrescentibus, oblique ovatis lanceolatisve acutis, interjectis minoribus; baccis calyce persistente suffultis, globosis, glabris, albo-verrucosis.

Syn. Solanum verrucosum Schldl. Ind. sem. h. Hal. a. 1839. p. 10.

Patria. In regione Mineral del Monte Mexici satis frequens, ad vias in sylvis, muris cet., a Iulio ad Octobrem florens (Carol. Ehrenberg).

Descriptio. Rhizoma filiforme, flexuosum, subnodosum, ramosum, albidum, radiculas longe fibrillosas emittens, stolones hinc inde protrudens tuberaque rara parva (iis S. tuberosi similia sed multo minora) gignens. Caules digitum, spithamam, duos usque pedes alti, subnodosi (i. e. ad foliorum exortum tumiduli), angulati (anguli a petiolorum lateribus decurrunt), subflexuosi, pilis brevibus rigidulis sursum curvulis sudadpressis plus minus obtecti, ramosi. Rami nunc evoluti, nunc abortivi quasi, foliis solis primordialibus sibi oppositis, horizontalibus stipularum adinstar caulem amplectantibus reniformibus, maxime inaequilateris (latere scilicet interiore angustissimo cauli proximo), apicibusque se tangentibus sibive incumbentibus ex axilla emergentes. Folia petiolata, ex ovatis (quae in caule stolonibusque primaria sunt) in imparipinnata transeuntia, utrinque pilis brevibus curvulo-erectis scabriuscula, nervo venisque primariis et secundariis in infera pallidiore pagina prominentibus. Foliolum impar majus, forma varium, ovatum immo late ovatum, vel ellipticum, interdum obovato-ellipticum aut late lanceolatum, basi obtusum v. acutiusculum, aequale s. inaequale, semper in petiolum anguste decurrens, apice plus minus acutum; foliola lateralia sensim decrescentia, ceterum impari similia, basi magis obliqua, angustiora, brevius petiolata, haud semper exacte sibi opposita; minora interjecta similia, sed multo minora, saepe rotundata, auriculiformia, semper inter pinnas inferiores et sub iis usque ad petioli basin occurrentia. Cyma irregularis, corymbiformis, pedunculata, nunc terminalis nunc lateralis intrafoliaris, sub anthesi erecta, fructuum pondere dein pendula; floribus longius pedunculatis, pedunculo medio aut supra medium articulato, apice sensim incrassato. Calyx in lacinias 5 ovales subulato-acuminatas profunde partitus, herbaceus, persistens, cum inflorescentiae ramis plus minusve hirtellus. Corolla magnitudine variabilis, in lacinias 5 acutas, apice paululum canaliculatas s. convolutas partita, in planta culta semper e purpureo-intense coerulea, in spontanea pallide coerulea, alba, lutescens, intus glabra, extus pilis minutis crassiusculis marginem versus et in laciniarum apicibus crebrioribus pubescens. Stamina more Solanorum affinium disposita et colorata, antheris apice emarginatis, basi profunde cordatis, lobis rotundatis, poro duplici obliquo hiantibus. Stylus cum stigmate

clavae in modum leviter incrassato paululum exsertus. Fructus globosus, leviter depressus, magnitudine fructus Cerasi, viridis, punctis vix elevatis albidis adspersus, hinc verrucosus. Semina ovata, compressa, albida, laevia, embryone curvato, cotyledonibus plantae germinantis lanceolatis acutis basi in petiolum attenuatis.

Obs. 1. Sol. stoloniferum a beato Schiede communicatum, jam prius cum Boucheo nostro descripsimus iconeque illustravimus (Verhandl. d. Gartenbau-Vereins IX. p. 317. tab. II). Si quaeris, quomodo haec planta distinguatur ab nunc proposita specie, haec sufficiant: S. stoloniferum gaudet habitu humiliore, graciliore, ramosiore, stolonibus magis diffusis longius prorepentibus; foliolis latioribus non raro subcordatis, evidentius petiolulatis, corollis fructibusque paullo minoribus, his omnino nudis viridibus nec albo-verrucosis. Utraque species, per nonnullos annos e seminibus sub diu culta, characteres servavit nec unquam formas transitorias praebuit. Hieme mitiore S. stoloniferum frigore non necatur et vere laete propullulat late se pandens.

2. „Solanum tuberosum? Mexico." e collectione Haenkeana distributum, nostrum S. verrucosum esse videtur. Quamquam ad rite determinandam speciem apices floriferi non sufficiunt, attamen ex acutissimis calycum dentibus, e floribus violaceis, e foliolis basi acutiusculis subaequalibus illam esse speciem suspicamur.

Tab. II. Fig. 1. Solani verrucosi pars caulina supera florifera magn. nat. *Fig.* 2. Stolo foliis simplicibus, magn. nat. *Fig.* 3. Fructus maturus magn. nat. *Fig.* 4. Semina magn. nat. *Fig.* 5. Semen sub lente visum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0014

III.

SOLANUM OXYCARPUM Schiede.

S. herbaceum, perenne, inerme; rhizomate repente stolonifero tuberifero; caule acutangulo; foliis pinnatis, pinnis **9—11**, deorsum decrescentibus, oblique elliptico-lanceolatis acuminatis; baccis calyce persistente erecto basi suffultis, ovoïdeo-cylindraceis, acuminatis.

Syn. Sol. oxycarpum Schiede in litteris. — S. stoloniferum in saxosis Malpays de la Joya excl. nomine, synonymis et adumbratione in Linn. VIII. p. **255**. — *Papa cimarrona* Hispano-Mexicanorum.

Patria. In saxosis regni Mexicani: „Malpays de la Joya" (Schiede), Septembri mense flores junioresque fructus ferens lectum est.

Adumbratio. Faciliori negotio a reliquis Solanis tuberiferis Mexicanis, quibuscum plurimis notis totoque habitu florumque colore convenit, haec species distingui potest; recedit enim: **1.** caule acutangulo; **2.** pinnis angustioribus longius et acutius acuminatis (quarum maximae $1^1/_2$ poll. circ. sunt longae, **4—5** lin. latae); **3.** pinnarum minorum interjectarum defectu (rarius unam alteramve in folio animadvertes); **4.** parciori pubescentia (pili latiusculi brevissimi albi per superficiem foliorum sparsi nervum petiolique superam paginam densius occupant, inferam vero foliorum faciem fere calvam relinquunt); **5.** fructibus laevibus, basi angustioribus, sub medio paullulum incrassatis et dein sensim attenuatis s. acuminatis. Plantae viventis perscrutationem plures adhuc notas differentiae suggesturam esse, persuasum habemus.

Observationes
de Solani tuberosi speciebus consanguineis.

Solani tuberosi, pretiosissimi et Europae incolis maxime necessarii alimenti historia est obscura, patria dubia. Quo modo nutrimentum illud e novo orbe ad nos allatum sit haud clare patet; alii Peruviam alii Virginiam patriam habebant. Longum per tempus in vetere orbe neglectum et vilipensum, dein gratiori mente sensim acceptum, nostris temporibus summum sibi vindicavit in agricultura locum. — Americae vastissimas plagas si perlustramus, plures reperimus Solani generis species, S. tuberoso simillimas, sponte sua enascentes, saepiusque apud incolas „Papa cimarrona" nominatas. Tres ejusmodi species novimus in Mexicani imperii regionibus orientalibus indigenas, habitu florumque forma et coloribus inter se proximas, fructibus autem bene distinguendas: *S. stoloniferum*, *verrucosum* et *oxycarpum*, quartam vero, *S. tuberosum*, cultum offendimus celeberrimumque Humboldtium testem habemus, Mexicanis ante Hispanorum adventum ignotum fuisse. Eodem teste discimus, nec hoc nec aliud Solanum radicibus esculentis in lato illo tractu Americae mediae inter quintum gradum lat. bor. usque ad undecimum lat. austr. sponte sua reperiri, aliis vero testibus compertum habemus plurimis Andium locis S. tuberosum multis cum varietatibus, tam forma quam colore tuberum variis, coli (Cfr. Poeppigii et Meyenii itineraria). Pavonius e contrario tam cultum quam spontaneum in Peruvia atque in regno Chilensi S. tuberosum reperiri contendit, sed, ut Cruckshanksius monet, (Hook. Bot. misc. II p. 202 seqq.), loca Peruviana, ab illo indicata, haud omnis dubii sunt expertia iterumque erunt recognoscenda. Superest ut de planta Chilensi loquamur, quam Molina, Poeppigius et Cruckshanksius observarunt recentioresque scriptores spontaneum S. tuberosum habuerunt. Speciminibus pluribus comparatis, omnibusque de hac planta prolatis,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0015

bene perpensis credimus: stirpem illam S. tuberosum esse non posse, sed speciem distinctam, ad quam propius accedit altera a Poeppigio ex eadem regione allata, quibuscum et aliae minus certae, denuo accuratius observandae species Americae australis indigitandae erunt. Quarum specierum nunc damus conspectum notasque criticas.

1. *Solanum Maglia* (Maglia Molina Vers. ein. Naturgesch. v. Chili, übers. v. Brandis Leipzig 1786. S. 108. 9.; S. tuberosum Poeppig Coll. pl. Chilens. I n. 72; Ejusd. Reise II. p. 81.) — Crescit maxima copia in littoris maris clivis argillosis saxosis rupibusque (arenosa et fertilia loca spernens) inter 15—400 ped. altitudinem, nunquam longius terram intrans quam per 1—2 leguas, a portu Valparaiso regni Chilensis boream et austrum versus. (Molina, Poeppig, Cruckshanks aliique). — Quae vidimus specimina a S. tuberoso differunt: foliorum majoribus pinnis bijugis (nec 3—4-jugis) inaequilateris, rhachi semiadnatis, latere scilicet pinnarum inferiore in rhachin subdecurrente, superiore autem obtusiusculo, paucas lineas ante nervi s. petioli insertionem finito, pinna terminali nunc ad basin cuneata nunc cuneata et simul subcordata (nec pinnis omnibus petiolatis basi obtusis subcordatisve; pinnarum facie utraque pilis dispersis obsita (nec inferiore densius pubescente); stylo longiuscule exserto (nec incluso vel brevissime exserto; corollis constanter albis; tuberibus parvis non edulibus saporis amaricantis. Subveniunt Poeppigii gravissima verba: S. tuberosum cultum circa pagos efferatum reperiri, sed etiam hoc in statu facile distingui posse a spontaneo illo littorali. Ignota sunt nec e siccis bene eruenda: corolla, stamina, fructus. Iconem quam botanicis tradere voluit cel. Poeppig ad hunc usque diem non dedit nec notas in itinerario datas adumbravit.

2. *Solanum palustre* Poeppig (Coll. pl. Chil. I. n. 73) — Rarius in paludosis maritimis inter ostia „Rio de Aconcagua" et „Vina la mar." Aug. fl. Specimina suppetentia insignia sunt: villis brevibus albidis articulatis mollibus patentibus omnes fere partes inprimis superiores cum inflorescentia occupantibus; foliorum pinnis 4—5-jugis basin versus decrescentibus, oblongis acuminatis, basi inaequalibus subpetiolatis vel fere semiadnatis, in superficie minus pilosis, interjectis pinnis aliis multo minoribus ovalibus basi fere cuneato-subpetiolatis, pinnae imparis basi in petiolum acutata; floribus quam in S. tuberoso paulo minoribus, calycum glabrescentium laciniis late ovatis acutiusculis; antheris extus puberulis; stylo longiuscule exserto; fructu (juniore) globoso-ovoideo glabro.

Var. parviflora glabrescens? Poepp. Coll. pl. Chil. III. n. 62. — In Chiles australis torrentum marginibus Rucue, Truvun, Leuvu, Andes de Antuco. Decbr. lect. — Differt a typo: omnium partium majore glabritie (pili minutissimi partes caulis juniores at inprimis paginam aversam folii occupant, in superficie autem foliorum, in pedunculis, calycibus valde dispersi); ramis inflorescentiae, hinc laxioris, elongatis; antheris glabris. Cetera non discrepant. Utriusque formae rhizoma, radix, tubera, fructus semina plane ignota sunt.

? 3. *Solanum* (?) *Cari* Molina l. l. S. caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integris, floribus albis, nectario magno luteo campanulato petala subaequante, tuberibus cylindraceis dulcibus. — In regno Chilensi. — Quid hoc sit plane nescimus, nectarium luteum campanulatum ut in Narcisso toti Solaneaarum ordini alienum est.

4. *Solanum triferum* (La papa que da en tres meses Poeppig Reise II. S. 83). — In sylvis regionis calidae usque ad Huanuco colitur, ad Cuchero et Cassapi vulgare (Poeppig). Planta videtur eximie stolonifera, frigoris valde impatiens. Omnia reliqua ignota.

5. *Solanum Renggeri* (Solanum in Rengger Reise nach Paraguay. Aarau 1835 S. 196). — In regno Paraguariensi. — Tubera parva insipida nimis aquosa ex Renggeri observationibus cultura non mutantur. Cetera ignota.

6. *Solanum etuberosum* Lindley. Bot. Reg. Vol. XX. n. 1712 „Rhizomate crasso subterraneo etuberoso, caule herbaceo, foliolis inaequalibus complicatis undulatissimis approximatis, alternis minutis, pedicellis articulatis, calycibus corollisque 5-angulatis glabris. — Facies omnino S. tuberosi sed tubera nulla profert, flores majores sunt, brevius pedunculati, calyxque glaber est et lucidus nec pilis hispidus." Quam plantam Chilensem floribus purpureis ornatam si comparamus cum reliquis ejusdem terrae, valde affinem censemus palustri, sed quum nimis manca omnium harum formarum cognitio sit, certum quid pronuntiare non valemus.

Tab. III. Solani oxycarpi planta integra fructifera, magn. nat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0016

IV.

LINOSYRIS MEXICANA Schldl.

Char. speciei: L. suffruticosa, glauca, puberula; caule corymboso-ramoso; foliis elongato-cuneatis sursum grosse pauciserratis punctatis, capitulis corymbosis multifloris, involucri squamis adpressis apice obscurius tinctis ciliatis.

Syn. Linosyris mexicana Schldl. Ind. sem h. bot. Hal. a. 1839. p. 9. — Baccharis? veneta Kth. in Humb. Nov. gen. et sp. IV. p. 68, Syn. II. p. 388; DC. prodr. V. p. 428 n. 225.

Patria. In regno Mexicano, in declivitate montium soli occidentali obversorum prope Cuernavaca, alt. 850 hex., fl. Aprili (Humboldt); Mineral del monte, Pachuca, Cerro ventoso, Mexico, Regla (C. Ehrenberg).

Descriptio quum jam exstet a Kunthio data, addere placet, quae tam in viva culta quam in sicca sponte enata planta observavimus. Specimen Mexicanum completum radicem offert digiti minoris crassitie, inferne attenuatam, fibris nonnullis validis fibrillosis munitam, recte descendentem, lignosam, apice in ramos plures multicipites divisam, hinc caules plurimos simplices ramososve, spithamam pedem et ultra longos, rectos, pilis sursum curvulis hirtellos, denso agmine conjunctos emittentem. In planta hortensi caules altiores, laxiores, magis ramosi, ramis corymbosis suprafastigiatis. Foliorum dentes rarius nulli, ad novem usque interdum numero aucti, satis magni, patentes, mox regulariter mox irregulariter dispositi. Foliorum utraque facies subrugulosa, et nigro-punctata videtur, sed tactu laevis est, nec ullis fere pilis obsessa; in culta planta fere trinervis apparet, nervis scilicet duobus lateralibus tenuioribus in pagina infera in conspectum venientibus. Capitulorum corymbus terminalis, irregularis, rarius polycephalus, nunc simplex nunc basi compositus. Involucri phylla pluriserialia, 1-nervia, tota exasperata, summo margine pilis minutis rigidulis cincto. Receptaculum convexum, fimbrilliferum, alveolarum marginibus nempe in dentes fere setaceo-acuminatos parvos fissis. Flores 20—30 in quoque capitulo. Corolla intense lutea, nec alba. Pappus biserialis, multisetus, lutescens, setis utriusque seriei subaequalibus serrulatis.

Adn. Nomen triviale a Kunthio huic speciei insitum haud retinuimus quippe quod ambiguum erroris ansam facile praebere possit, quum plura a Venetia quam a colore veneto nomen acceperint vegetabilia, uti Apocynum venetum, Atriplex veneta aliaque.

Obs. 1. Species nostra mexicana a Linosyridibus veteris orbis recedit: foliis argute serratis (iis Baccharidum complurium aemulis), pedunculis paucas tantum bracteolas gerentibus (nec plures sensim in bracteas involucrales transeuntes), alveolarum denique marginibus in dentes acutissimos membranaceos partitis (nec in dentes carnosulos.) Hinc novae sectionis „*Baccharoides*" nominandae, inter Linosyrides typum offert, novi generis autem constituendi occasionem dare non videtur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0017

2. Planta sub nomine *Chrysocoma patula* ex horto botanico Berolinensi ante plures annos accepta est *Senecio reclinatus* L. fil. (DC. prodr. VI. 398.).

3. Linosyris vulgaris *β.* minor Wallr., quam nunc a basi ramosam nunc fere monocephalam in collibus siccis graminosis soli expositis prope Halam Saxonum vidimus, varietatis nomen vix meretur.

Tab. IV. Fig. 1. Linosyridis mexicanae caulis summus florifer. *Fig.* 2. Flos completus, auctus. *Fig.* 3. Fructus pappo coronatus magn. nat. *Fig.* 4. Idem fructus sub lente conspectus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0018

Margaranthus solanaceus *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0019

Universitäts- und Landesbibl. Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0020

Solanum verrucosum *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0021

Universitäts- und Landesbibliothek * Halle/S

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0022

Solanum oxycarpum *Schiede.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0023

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0024

Linosyris mexicana *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0025

Universitäts- u. Landesbi
Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0026

Pharbitis lilacina. *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0027

Universitäts- und Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0028

Saracha Jaltomata. *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0029

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0030

Saracha allogona. *Bernh.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0031

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0032

Cyrtocarpa ? Copalillo. *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0033

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0034

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0035

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0036

HORTUS HALENSIS

TAM VIVUS QUAM SICCUS

ICONIBUS ET DESCRIPTIONIBUS

ILLUSTRATUS

A

D. F. L. DE SCHLECHTENDAL,

HORTI DIRECTORE.

FASCICULUS II.

B 767

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.

IMPENSIS AUCTORIS EDITUM.

1841

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0037

Novarum non solum et dubiarum tam in horto academico cultarum quam in herbario proprio degentium stirpium sed etiam pingendi copia ad edendum hocce opusculum nos impulsit. Iconibus coloratis plantas ex vivo depictas illustrabimus, non coloratis autem ex horto sicco electas. Descriptiones fusiores, adumbrationes, observationes variae indolis, notas, sic ut res postulare videtur, addemus, benevole accipiant botanici nostrisque conaminibus favere pergant.

Halis Saxonum Calendis Maji a. MDCCCXLI. 1841

D. F. L. de Schlechtendal.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0038

V.

CALANDRINIA MICRANTHA Schldl.

Char. speciei. C. annua, caulescens, parce pilosa; foliis longe petiolatis spathulato-lanceolatis acutiusculis; bracteis lanceolatis sessilibus; calyce corollam 2—3-petalam subaequante, fructifero subcordato-ovato acuminato ad basin ciliato, capsulam trigono ovoideam acutiusculam usque ad medium trivalvem superante, staminibus tribus.

Syn. Calandrinia micrantha Schldl. Ind. sem. hort. Hal. a. 1838.

Patria. In regno Mexicano prope la Hacienda de Regla Martio m. flores et fructus maturos ferentem leg. C. Ehrenberg. Apud nos in hortis sub diu sata laete crescit.

Descriptio. Radix annua, tenuis, elongato-fusiformis, parce ramosa, fibrillosa, albida. Caulis in sponta enata planta digitum vel spithamam longus, in planta culta dodrantalis, longiorve, a basi magis minusve ramosus, cum ramis plus minus procumbens, apicibus adscendentibus, inferne teretiusculus superne angulatus, angulo altero a foliorum nervo medio decurrente, altero sulcove a lateribus folii prodeunte, ad angulos, inprimis sub foliis, pilis aliquot brevibus rigidulis albis conicis, unica e cellula constantibus instructus, ceterum glaber. Rami caule breviores, ex inferioribus axillis usque ad inflorescentiam prorumpentes, omnes floriferi. Folia carnosula, pallide viridia, glabra, pilis brevibus conicis hyalino-albidis rigidulis in laminae et petioli margine nec non ad basin nervi primarii in pagina aversa occurrentibus, inferiora longius petiolata, ex anguste lanceolatis in spathulato-lanceolata transeuntia, nunc acuta nunc obtusiuscula, in petiolum latum planum, basi vix latiorem angustata. Nervus subtus obtuse prominens, supra sulco indicatur, e quo sulci pauci tenues, venas primarias indigitantes sub angulo acuto prodeunt. In planta culta folia infima digiti minimi longitudinem saepe adsequuntur, petiolo majorem longitudinis partem sibi vindicante, sensim vero diminuto, lamina simul latiore facta. Folia superiora, floralia s. bracteae nominanda quamvis pedunculos non suffulciunt, sessilia, lanceolata, acuta sensim diminuuntur ita ut summa floribus suis sint breviora, dum inferiora foliis similiora flores longissime superant; pili marginales in his crebriores ciliatum fere reddunt marginem. Caulis a medio circiter floriger racemum fert bracteatum secundum terminalem, cujus inferiores flores inter se remotiores, superiores vero confertiores sunt. Bracteae infimae e quarum axilla saepius ramus evolvitur, juxta axillam (et ramum) pedunculum edunt, sequentes ramum incompletum ex. gr. folium unicum cum alabastro in axilla gerunt, flos vero, quamvis altius in caule positus, margini bracteae respondet, summae denique bracteae et ne vestigium quidem ramuli abortivi ostendunt. Pedunculus brevis, ad summum calycis fructiferi longitudinem attingens, in supremis floribus brevissimus subnullus, compressus apice valde dilatatus, paucis pilis in utroque margine acutiusculo est instructus. Calyx disepalus, sepalis sub anthesi late subrotundo-ovatis acutis acuminatis acutis, medio complicatis, altero paullo majore, fructifer auctus, sepala ejus 4 lin. long. $2^1/_2$—3 l. lata, plica media dorsali in acumen excurrente, in primis apicem versus carinata, carina intensius viridi, utrinque prope marginem incrassata viridiora revoluta, margine extimo albido hyalino, carina margineque basali sepalorum ciliatis, interstitiis inter marginem et carinam pallidioribus glabris. Petala 3 et non raro 2, calyce fere breviora, pallide purpurea fere rosea, subaequilata, apice paululum latiora, obtusa, emarginata, duo sepalo antico, tertium saepe deficiens postico respondentia. Stamina 3 cum petalis alterna, hypogyna, petatis multo breviora, ovarium aequantia. Filamentum album apice purpurascens, glabrum, inferne latius, apice leviter inflexo antheram gerens fere reniformem e loculis 2 ovalibus apice conjunctis rima longitudinali dehiscentibus. Pollen luteum. Ovarium viride glabrum, ovoideum, apice vix acutiusculum, triloculare, multiovulatum; stylo brevi albo terminatum in stigmata tria patentia papillosa purpurea ipsum longitudine superantia se pandente. Capsula calyce paulo brevior trigono-ovoidea, acutiuscula glabra, angulo uno medium sepalum, duobus reliquis margines alterius sepali spectantibus; apice ad angulos dehiscens semitrivalvis; valvulae acutae, in libera parte margines mox involventes et apice extus curvatae ita ut capsula aperta tricornis appareat. Semina atra nitidissima lenticulari-orbicularia, laevia, punctis minutis impressis marginem versus con-

spicuis obsolete notata, funiculis filiformibus liberis dimidiam capsulam aequantibus insidentia. Cotylae epigaeae lineares obtusae patulae, vespere conniventes.

Adn. 1. Ex diagnosi *C. caulescentem* Kunthii HBKth. Nov. gen. 6. p. 78. t. 526*), non diversam crederes a nostra nunc proposita, sed descriptionis accuratior comparatio iconisque inspectio plures notas differentiales praebuerunt. En igitur hujus diagnosin meliorem:

C. caulescens HBKth., annua, caulescens glaberrima, foliis longe petiolatis oblongo lanceolatis acutis, bracteis lanceolatis sessilibus**), calyce corollas 3—5-petalas subaequante, fructifero rotundato capsulam oblongam attenuatam fere usque ad basin trivalvem aequante; staminibus quatuor ad sex.

Adn. 2. Generis Calandriniae species maxima ex parte Chilenses, recentioribus temporibus valde auctae, ab autoptis meliores poscunt diagnoses, quae ex inflorescentia, floris partibus et fructu petendae sunt. Paucae in hortis nostris obviae species plurimis sub nominibus circumvagantur et cultores vexantur. Genera duo e Calandriniis nuper exstructa sunt, bene servanda, alia forsitan sub reliquis latent. Genera speciesque in hortis culta cum synonymis synoptice addere placet:

I. CISTANTHE Spach (Hist. nat. des végét. V. 229, Lilia in Linn. XV. 264)

1. *C. grandiflora* (Calandrinia grandiflora Lindl. Bot. Reg. XIV. 1194., Bot. Mag. 3369., Calandr. glauca Schrad. et DeC, ex Spach, Cistanthe anceps Spach l. c.
2. *C. speciosa* Lilia l. c. excl. syn., Calandrinia speciosa Lehm. Del. Sem. a. 1831., Hook. Bot. Mag. 3379.
3. *C. discolor* Spach l. c. p. 231., Calandr. discolor Schrad. Cat. h. Gott., Hook Bot. Mag. 3357., Lindl. Bot. Reg. new ser. 1839. t. 4.

II. CALANDRINIA Kth. ex emend. recentiorum.

1. *C. ciliata* DeC. Prodr. III. 359., Talinum ciliatum Ruiz et Pav., Hook exot. bot. I. t. 82, Calandrinia pilosiuscula DC. l. c., Calandr. compressa Schrad., DC, l. c. — Variis sub nominibus apud hortulanos occurrit, ex. gr. Calandr. nitida, sericea, adscendens etc. Variat forma calycis nunc fere cordata, nunc fere rhomboidea, variat staminum, stigmatum et capsulae valvularum numerus, hinc cel. Lindleyi sententiae omnino adsentio, qui omnes illas species in unam conjungendas esse persuasum habuit.
2. *C. speciosa* Lindl. Bot. Reg. 1598, Calandr. pulchella Lilia l. c. 268, C. speciosa nova Hortul., nec non C. caulescens Hort.
3. *C. procumbens* Moris Act. Taur. Tom. 37. p. 108 tab. 83. C. lingulata DC. in hortis botanicis, Cal. parviflora Lindl. in hort. bot., Cal. curviflora Hort. Kil. (nomen corruptione e nomine parviflora ortum videtur).
4. *C. micrantha* Schldl. v. supra.
5. *C. nitida* DC. in hortis botan. — (Species capsula subglobosa insignis).
6. *C. arenaria* Cham. Linn. VI. 563 — In horto Erfurtensi colebatur species bracteis membranaceis propriam sectionem cum aliis postulans (Herb. Kunzei).

III. MONOCOSMIA Fenzl in Ann. d. Wien. Mus. II p. 297.

1. *M. corrigioloides* Fenzl. l. c., Talinum monandrum Ruiz. Pav., Cal.? monandra DC. l. c.

Tab. V. Fig. 1. Ramus Calandriniae micranthae florens. *Fig.* 2. Caulis major pars cum ramis. *Fig.* 3. Calyx a latere visus, auctus. *Fig.* 4. Corolla a calycis dorsa visa, aucta. *Fig.* 5. Petalum cum stamine, auctum. *Fig.* 6. Pistillum auctum. *Fig.* 7. Capsula demta tertia valvula et seminibus, aucta. *Fig.* 8. Semina, aucta. *Fig.* 9. Capsula matura cum calyce reflexo aucta.

---

*) Vereor ne duae forsitan lateant sub hac specie formae, altera quitensis ad quam icon Kunthii pertineret, altera mexicana, quae nostra esset.

**) Bracteas nullas adesse dicit cel. Kunthius, adsunt tamen, pedicellos vero non fulciunt, quibus simili modo ut supra descripsimus respondere videntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0040

VI.

OXALIS EHRENBERGII Schldl.

Char. speciei: Radice bulbifera, subacaulis trifoliata, foliolis late obcordatis subglabris purpureo-punctatis, pedunculis quam folia duplo longioribus umbelliferis; umbellis sub-20-floris; corollis sulphureis petalis obovatis integerrimis, staminibus 5 alternis longioribus, stylis stamina minora non superantibus.

Syn. Oxalis Ehrenbergii Schldl. in Otto u. Dietr. Allg. Gartenzeitg. 6. p. 313.

Patria. In hortis Mexicanorum cultam sed non spontaneam repperit amiciss. C. Ehrenberg, qui bulbos transmisit. Floret apud nos vere, dein aestate marcescit.

Descriptio. Radici filiformi lateraliter insident sub caule bulbi nonnulli parvi ovoidei acuti, tunicis fuscescentibus marcidis cincti, profundiusque in terra alii gignuntur bulbi. Caulis brevissimus pollicaris circiter, apice incrassatus ibique petiolos et pedunculos his crassiores teretes, fere omnino glabros, basi incrassata articulatos producit. Petioli 4—6 pollices longi, infima basi lineam crassi, ceterum tenuiores et sensim attenuati. Foliola tria late obcordata cuneata, subsessilia, supra laete, subtus e glauco viridia et punctis s. maculis parvis irregularis formae in sola superficie conspicuis adspersa, nec non si lente eam adspicis impresso-punctulata et pilis paucis albidis in margine crebrioribus obsessa; intimus sinuum angulus petiolique purpureo colore saepius tinguntur. Foliolum impar regulare, 1—1½ p. in diametro transversali metiens, ½—¾ p. a basi ad sinus basin longum, lateralia haud minora at obliqua, lobo interiori magis producto, lobis omnium obtusissimis, angulo fere recto disjunctis. Pedunculi foliis fere duplo longiores, vario modo curvuli, teretes, 1½ lin. crassi, glabri, superne sensim attenuati, umbella e 12—20 floribus circiter composita terminati; pedicelli pollicares, teretes, basi geniculati, ante et post anthesin deorsum flexi, cum calyce bracteaque suffulciente et partim cum corollae extera pagina pilis brevibus patentissimis albis glandula terminatis globosa obtecti. Bractea angusto lanceolata, acuta, tribus lineis vix longior, pedicelli basin persistentem paululum superans, ad apicem utrinque macula oblonga lutea (glandulosa?) notatur. Calyx 3½ lineas circiter longus, fere regularis, viridis, laciniis acuminato-lanceolatis subaequilongis, apice margineque albidis subhyalinis, illo punctis duobus inaequalibus fulvo-luteis insigni. Corolla laete sulphurea, pollicaris, infundibuliformis, margine petalorum integerrimo sub anthesi extrorsum curvato. Deflorentis corollae superior pars convolvitur dum inferior urceoli quinquedentati in modum emarcida persistit, ita ut haec inferior corollae dejectae pars Ericae cujusdam corollam simulet. Stamina 5 longiora calycem superant, 5 minora ipso sunt vix breviora, omnia antheris croceis. Styli 5 extrorsum curvati staminibus brevioribus breviores videntur sed postea erecti haec ipsa longitudine aequant. Stigmata capitato-fimbrillifera lutea, stylorum et filamentorum color aquoso-lutescens est. Squamae anguste ellipticae obtusae dimidia breviora stamina circiter attingunt, glabrae sunt ut omnes floris partes interiores. Fructus nec immaturos videre licuit.

Conspectus Oxalidum Mexicanarum.

Enumeramus omnes Oxalides e republica Mexicana a variis auctoribus prolatas, quarum minorem numerum inter siccas nostras plantas habemus paucasque in horto nostro colimus.

1. *Acaules trifoliatae.*

1. *Ox. nudiflora* DC., Zucc. Amer. Ox. p. 20, n. 5, Ej. Nachtr. (in Abh. d. math. phys. Klasse d. k. baier. Akad. d. Wissensch. I.) n. 20.

2. *Ox. Jacquiniana* Kth., Zucc. Am. Ox. p. 21. n. 8, Nachtr. n. 10, Benth. pl. Hartw. p. 9.
3. *Ox. latifolia* Kth., Zucc. Am. Ox. p. 23. n. 11, Nachtr. n. 12, Linn. V. 223, X. 253.
4. *Ox. lunulata* Zucc. Nachtr. p. 200. n. 6, Benth. pl. Hartw. n. 46.
5. *Ox. Grahamiana* Benth. pl. Hartw. p. 9.
6. *Ox. Ehrenbergii* Schldl. v. supra.
7. *Ox. Vespertilionis* Zucc. in Abh. d. phys. math. Kl. d. Bair. Ak. d. W. II. p. 350.
8. *Ox. Schiedeana* Zucc. in Abh. d. Bair. Ak. II. p. 352.
9. *Ox. discolor* Klotzsch in Otto u. Dietr. Allg. Gartenzeit. VIII. p. 257.
10. *Ox. lilacina* Klotzsch l. c. VIII. p. 258.
11. *Ox. stylosa* Hort. Berol. in litt.
12. *Ox. notata* Zucc. sec. hort. Berol.

2. *Acaules quadrifoliatae et plurifoliatae.*

13. *Ox. tetraphylla* Cav., Zucc. Am. Ox. p. 27. n. 23, Nachtr. n. 33 (excl. syn.), Otto u. Dietr. Allg. Gartenzeit. 3. p. 388.
14. *Ox. Deppei* Lodd. Bot. Cab. 1500, DC. cinq. not. sur l. pl. rares, cult. dans le jard. d. Genève n. 5., Ox. esculenta Otto Dietr. Allg. Gartenzeit. 3. p. 388. Ox. tetraphylla Lk. u. Otto Abbild. 1 t. 11 et alior. auct. ex parte.
15. *Ox. divergens* Benth. pl. Hartw. p. 9.
16. *Ox. quadrifolia* Schldl. cujus iconem et descriptionem mox dabimus.
17. *Ox. Hernandesii* DC., Zucc. Am. Ox. p. 28 n. 25, Nachtr. n. 34, Benth. pl. Hartw. p. 10.
18. *Ox. decaphylla* Kth., Zucc. Am. Ox. p. 28. n. 26, Nachtr. n. 35.
19. *Ox. lasiandra* Zucc. Abh. d. Bair. Ak. II. p. 353.

3. *Cauligerae.*

20. *Ox. albicans* Kth., Zucc. Am. Ox. p. 36. n. 40, Nachtr. n. 51.
21. *Ox. verticillata* DC., Zucc. Am. Ox. p. 43., n. 55, Nachtr. n. 71.
22. *Ox. angustifolia* Kth., Zucc. Am. Ox. p. 41. n. 58, Nachtr. n. 73.
23. *Ox. Neaei* DC. Zucc. Am. Ox. p. 53. n. 70, Nachtr. n. 91.
24. *Ox. pentantha* Jacq., Linn. V. 223, X. 254.
25. *Ox. acuminata* Schied. Deppe, Linn. V. 224, X. 254.
26. *Ox. stricta* L., Benth. pl. Hartw. p. 10.
27. *Ox. corniculata* L., Linn. V. 223.

4. *Pinnatae.*

28. *Ox. dendroides* Kth., Linn. V. 224, X. 254.
29. *Ox. sensitiva* L., Zucc. Am. Ox. p. 59. n. 81, Nachtr. n. 105.

Tab. VI. Fig. 1. Pedunculus florifer et folia duo Oxalidis Ehrenbergii. *Fig.* 2. Planta integra diminuta. *Fig.* 3. Calyx auctus. *Fig.* 4. Petalum auctum. *Fig.* 5. Corolla marcida delapsa magn. nat. *Fig.* 6. Genitalia omnia aucta. *Fig.* 7. Pistilla aucta.

Universitäts- und Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0042

VII.

COMMELINA VARIABILIS Schldl.

Char. speciei. Caule erecto ramoso glabro, v. sub foliis puberulo; foliorum lamina sessili anguste lanceolata obtusiuscula cum vagina glabra; pedunculis pubescentibus; involucris late ovatis acuminatis complicatis inflorescentiam 20—30-floram includentibus; corollis pallide coeruleis lacteisve, petalorum aequalium ungue brevi, lamina cordato-semiorbiculari margine undulata, staminum 3 fertilium impari breviore erecto, lateralibus sigmoideo-deorsum curvatis, 3 sterilium corpusculis quadricruribus apicibus globosis, stylo sigmoideo.

Syn. Commelina variabilis Schldl. in Ind. sem. hort. Hal. a. 1838 p. 7.

Patria. E regione Mineral del monte semina misit Car. Ehrenberg. In horto nostro sub diu colitur laeteque floret et semina fert, per hiemen tubera sub arena sicca servantur et vere plantantur.

Descriptio. Pallide viridis nunc 4—6-pollicaris, nunc pedalis et ultra. Caulis primum simplex dein ramos aliquot protrudit, teres est et striatus, inferne ubi nudus, glaber, superius sub vaginis interdum puberulus. Foliorum vagina brevis, clausa, albido-viridis, saepius transverse corrugata; lamina anguste s. elongato-lanceolata, apice obtusiuscula et fere mucronulata, ubique laevis et glabra, nervo medio latiore subtus prominente ad basin albido, nervis lateralibus alternis pellucidis et obscuris utrinque subsenis. Pedunculus vario modo elongatus (ad spithamam usque) fere semiteres, altero scilicet latere angustiore et leviter canaliculato, altero latiori rotundato, nunc totus nunc apicem versus molliter pubescens. Involucrum 1—1½ p. longum, ¾ p. altum, dilatato-ovatum, acuminatum, mucronulatum, basi breviter angustatum, complicatum et medio ventricosum, in utraque pagina glandulis parvis (lentis ope tantum conspiciendis) tectum, extus glabrum vel puberulum, margine extimo saepe obscure purpurascente. Inflorescentia inclusa (corollis modo sub anthesi emergentibus): racemus bifidus, cujus ramus alter filiformi-subulatus puberulus semipollicaris sterilis (ananthus) nunc in involucro absconditur nunc recto sub angulo porrigitur, alter vero paullo longior flores fert 20—30 solito more dispositos, breviter pedicellatos, e suo ordine sese erigentes et deflectentes, corolla pallide coerulescente lacteave matutino tempore aperta. Sepala pallide viridia, hyalino-marginata, impar paullo brevius ovatum acutiusculum concavum, lateralia rotundato-obtusissima 3-nervia. Petala 4 subaequalia 3—4 lin. longa, unguiculata, ungue brevi angusto, lamina cordato-semiorbiculari obtusa, margine undulata concaviuscula. Stamina 6, filamentis cylindraceo-subulatis colore corollae, tria fertilia, quorum impar brevius erectum, lateralia vero antrorsum sigmoideo-deflexa, marginibus petali anterioris fere incumbunt; trium sterilium corpusculis antheroideis pallide luteis albidisve quadricuribus, in utroque latere inter crura glandula ovali convexa sessili lutea notatis, crurium apicibus globoso-incrassatis, antrorsum spectantibus latiore sinu inter se distantibus. Ovarium viride ovoideum, stylo sigmoideo leviter antrorsum curvato, coloris filamentorum, stigmate terminali trilobo, intensius colorato. Capsula calyce marcido cincta, quo major, ellipsoidea obtuse trigona, obtuse apiculata, tribus suturis notata, e vario seminum incremento vario modo tuberculosa, glabra, trilocularis, primum viridis, dein marcescens et dehiscens valvis tribus latis, linea elevata media intus notatis, margine utroque medio inflexis, apice breviter scissis. Semina plura, ex rubro et fusco nigra, opaca, fere semicylindrica, altero apice truncata, altero obtusa, in latere planiore hilo lineari (sub forma sulci angusti in linea elevata et fusco colore cincta) notata et in altero margine laterali obtusa areolam embryonalem impressam orbicularem media papilla insignem praebentia. Embryo cylindraceus in cavitate embryonali membrana fusca vestita; albumen corneum nigricans (cfr. Tittm. d. Keim. d. Gew. p. tab. V, ubi similia Comm. vaginatae semina describuntur et pinguntur).

Adn.. Proxima affinitate conjungitur haec nostra species cum ea stirpe ejusdem imperii cive, quam C. orchioidem Booth habemus et colimus, haec enim differt: colore intensius viridi caulis et foliorum, interdum pilis obsitorum, petalis paullo magis inaequalibus, colore cobalti caeruleo, antheris staminum fertilium magis inaequalibus, filamentis primum spiraliter convolutis, nec non stylo spirae in modum contracto, corpusculis antheroideis intense luteis, etc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0043

Additamentum de WELDENIA Schultesii.

Aderant inter beati Schiedei nostri plantas mexicanas specimina plura florentia stirpis maxime insignis, quam ipse dubie ad Commelineas duxit, proprium constituens genus, quod in honorem celeberrimi naturae exoticae pictoris, *Mauritii Rugendas*, RUGENDASIAM adpellavit, speciei tribuens nomen *Rugendasiae majalis*. Reperit eam beatus amicus Majo florentem in Cuesta do Catingoa et hisce verbis descripsit:

„Radix tuberosa, fasciculata. Folia vaginantia oblonga obtusiuscula integerrima laevia glaberrima. Flores mumerosi albi, ex axillis foliorum erumpentes tubulosi, 4 pollices longi (tubo ad medium usque spatha monophylla cincto) limbi tripartiti laciniis obovatis patentibus. Filamenta sex summae fauci inserta aequalia. Antherae lineares, basi bifidae in sinu affixae, in alabastro erectae, margine dehiscentes flavae, filamenta laciniis calycis duplo breviora. Stylus unus filiformis e tubo calycis parum exsertus; stigma depressum angulosum (trilobum); Ovarium superum, in fundo tubi reconditum, trigonum parvum; ovula in sex series laxe disposita."

Quibus haec addimus:

Tubera fasciculata oblonga utrinque attenuata $1^1/_2$—2 p. longa. Caulis simplex 3—9 p. altus, infera majori parte (forsan sub terra aut inter muscos latente) vaginis membranaceis glabris laxis versus orificium sensim ampliatis aphyllis, oblique truncatis, plus minus acutiusculis tectus et absconditus, his destructis ima basi denudatus glaber, summa parte dense foliosus, laminis foliorum patentibus ad $2^1/_2$ p. longis 6 lin. latis, sensim acuminatis, margine undulatis, glabris, basi vaginantibus, vaginis inferioribus aphyllis sensim in laminigeras transeuntibus, intimis vero foliis basi angustatis vix vaginantibus. Profunde intra haec folia brevissimis pedunculis triquetris fere trialatis innixi flores erumpunt (ita ut majori saltem ex parte inflorescentiam terminalem formare videantur); quisque flos includitur spatha tenui membranacea, a basi ovarii oriente, 2 poll. et ultra longa, apicem versus dilatata oblique aperta, acuminata acuta, dein apice bifida. Perigonium $3^1/_2$—4 p. longum, tubo filiformi, limbi laciniis semipollicaribus. Fructus junior 3 lin. longus tenuiter membranaceus obtuse trigonus obovatus, nervis 6 percursus, quorum 3 alterni in sulcis fructus intus in totidem dissepimenta incompleta axin non attingentia producuntur, utrinque seriem longitudinalem seminum gerentia.

Cetera invenies in descriptione uberiore, quam cel. Schultesius filius, praematura morte scientiae et amicis ereptus, in Flora XII. 1. anni 1829 p. 1—9 cum icone divulgavit, qui hanc plantam singularem, quam cel. Endlicherus Bromeliacearum in fine posuit, dein Melanthiaceis subjunxit, sub nomine *Weldeniae candidae* e specimine unico imperfecto a Lib. Baroni de Karwinski accepto proposuit, varias familias simul indicans quibuscum affinitate quadam connexa est, dein in Systemate cum signo interrogationis ad Narcissineas duxit. Habitus et folia omnino Commelineae, floris et fructus structura ad Heterantheram accedit, a qua limbo tripartito et staminum duplo majori numero distat, hinc in *Pontederiacearum* familia collocandam esse Weldeniam censeo.

Tab. VII. Fig. 1. Commelinae variabilis pars florifera superior. *Fig.* 2. Stamina 3 fertilia cum pistillo, aucta. *Fig.* 3 Stamen sterile auctum. *Fig.* 4. Capsula transverse secta aucta. *Fig.* 5. Capsula matura dehiscens ab altero et in *Fig.* 6 ab altero latere visa, aucta. *Fig.* 7. Semen magn. nat. *Fig.* 8. Semina tria a variis faciebus visa, aucta.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0044

VIII.

STEVIA GLANDULIFERA Schldl.

Char. speciei. Caule herbaceo erecto corymbose ramoso puberulo scabriusculo; foliis ramisque alternis oppositisve, illis ovatis, in petiolum brevem cuneatis, acutis basi integerrimis dein serratis triplinerviis, utrinque puberulis subtus pallidioribus, impresso-punctatis; ramis ramulisque corymbos confertos ferentibus; capitulis 3—5 floris; involucri leviter puberuli et minute glandulosi squamis apice coloratis acuminatis; corollae minute glandulosae tubo involucrum superante; achaenio ad angulos pilis paucis erectis instructo, pappi paleis brevissimis acutis inferne connatis.

Syn. Stevia glandulifera Schldl. Ind. sem. hort. bot. Hal. a. 1839 p. 19. An St. trachelioides Hook? Bot. Mag. n. 3856 nec DC. nec Benth.

Patria. In regni Mexicani sylvis umbrosis reg. Mineral del Monte Sept. florens (C. Ehrenberg) alio loco non indicato Oct. flor. (Schiede).

Descriptio. Radix sublignosa, fibris validis tortuosis sat longis brunneis terram intrans, unum paucosve ferens caules teretes, colore fusco-purpureo tinctos, pedales, sesquipedales, nunc simpliciores apice tantum corymbosos, nunc jam ab inferiore parte ramosos, ramis patulis mox simplicibus mox apice ramulosis, semper caule brevioribus, superioribus floriferis, inferis abbreviatis foliiferis, his in planta culta ramosiore in primis occurrentibus. Pili breves curvuli albidi articulati, intermixtis glandulis minutis stipellatis caules ramosque occupant, in summitatibus paulo densiores superficiem leviter scabriusculam reddunt. Folia inferiora saepius opposita, superiora alterna, breviter petiolata ovata v. ovato-lanceolata immo lanceolata acuta, basi plus minus cuneata et integerrima, reliquo margine plus minus serrata (summa saepe integerrima), triplinervia, paucivenia, nervo venisque subtus prominentibus supra impressis, utrinque glandulis minutis leviter impressis obsita, et simul pilis minutis rarioribus adspersa. Folia maxima c. petiolo vix bipollicaria, et media vix pollicem lata. Capitula in apicibus ramorum ramulorum fasciculatim congesta corymbum compositum efformant effusum inaequalem, sunt cylindracea, 3—5 flora, involucro e bracteis angustis acutis obtusiusculisve, leviter puberulis et minute glandulosis. Corollae lilacino-purpureae, tubo ex angusta basi leviter intumescente bracteas superante, limbi laciniis ellipticis, extus glandulis minutis stipitatis albidis adspersae. Fructus ad angulos pilis paucis minutissimis erectis superne in primis instructus pappo coronatur brevi in dentes breves irregulares acutos apice partito, fuscescenti-albido.

Adn. Nomen malum elegimus, maxima enim Steviarum pars glandulas fert et saepenumero multo copiosores.

Adnotationes in Stevias exaristatas herbaceas.

Octo species hac e sectione Condollii prodromus offert, duae aliae, a Benthamio prolatae: *St. scabrella* (suffrutex in pinetis Bolaños) et *St. latifolia* (Sanchez lecta) ad illas accedunt, quibuscum, praeter *St. glanduliferam* supra descriptam, iterum novae infra proponendae sunt conjungendae. Quas omnes si perlustramus, St. trifloram DC., clinopodiam DC., et elongatam HBKth. non visas relinquimus, de ceteris haec notanda habemus:

St. trachelioidis DC. habuimus specimen unicum ab Hartwegio ad Sanchez lectum, quod simillimum est St. monardaefoliae Kth., sed foliis differre videtur elongato-acuminatis nec acuminatis, acute nec obtuse serratis, inflorescentiae corymbosae ramis ultimis et capitulorum longiorum involucro pilis brevibus glanduliferis obsitis, nec pilis crebricribus et interjectis glandulis pedicellatis minoribus hirtis, pappo brevissimo coroniformi integro, nec e paleis brevissimis composito. An satis distincta? an eadem ac Candollii planta?

Quam sub trachelioidis nomine pingi curavit Steviam cel. Hookerus (in Bot. Mag. 3856) nullo modo cum planta supra memorata nec cum diagnosi Candolleana convenit, sed ad St. glanduliferam nostram propius accedit ita ut hanc glandulis in calyce corollaque praesentibus pilisque in corollarum laciniis et fructu deficientibus solummodo distinguere possim.

St. monardaefolia HBKth. (St. latifolia Hb. W. n. 15213 sp. Humb.) Ad hanc referimus specimen a beato Schiede ad Chiconquiaco Sept. m. lectum, floribus purpurascentibus, quod habitu foliisque ad St. trachelioidem Benthamii spectat et pappo ludit saepius paleaceo, rarius fere coroniformi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0045

St. leucantha n. sp.; caule herbaceo cum ramis oppositis alternisve pube crispula molli tecto; foliis oppositis alternisve ovatis v. ovato-lanceolatis acutis basi cuneatis et in petiolum brevissimum attenuatis integerrimis, dein decrescente serrato-dentatis, supra viridibus scabriusculis subtus incanis mollibus; corymbis fastigiatis in caule ramulisque terminalibus, capitulis congestis, involucro glandulis sessilibus et pilis mollibus obsito, corolla alba inferne et in apicibus hirtella, pappo coroniformi magno, irregulariter fimbriato. — Puente de Dios, Oct. flor. leg. C. Ehrenberg — Utrique praecedenti affinis, sed ramosior videtur, ramis patulis apiceque corymbiferis axin longitudine non attingentibus, mox nudis mox parvis foliis instructis. Folia latiora breviora non acuminata. Pubes densior e pilis aliquantulum longioribus crispulis, glandulis nullis stipitatis in involucro corollaque obviis, sed sessilibus minutis lutescentibus, achaenio minutissimis pilis adsperso, pappi denique aliquantulum longioris et leviter fuscescentis margine tenuiter lacerato.

St. jorullensis HBKth. (Pl. Hartw. p. 40. n. 307!) Planta nostra a. b. Schiede ad Angangueo Oct. m. lecta adamussim cum planta Benthamiana convenit, foliis latis obtusis crenatis insignis est. Involucrum et corolla glandulis lutescentibus punctiformibus adspersa sunt.

St. conferta DC. n. 8. In herbario regio Berolinensi St. confertae specimen vidimus a Berlandiero lectum varietatis *α.* pilosae sub nomine, quod ad alteram ejusdem auctoris varietatem *β.* potius pertinere videbatur. Formas acceptas hoc modo enumerare placet:

a. *capitata*, caule dense folioso simplici, apice corymbum compositum arcte confertum s. capituliforme gerente. Occurrit haec forma caule magis minusve hispido et variat:

* foliis sublinearibus integerrimis. Mineral del Monte, a Sept. ad. Oct. lect. a C. Ehrenberg, alio loco Sept. m. a b. Schiede.

** foliis subspathulato-linearibus apicem versus plus minus dilatatis subintegerrimis dentatisve. Mineral del Monte iisdem mensibus C. Ehrenberg.

b. *corymbosa*, caule dense folioso simplici apice corymbum e ramulis distinctis compositum gerente. Folia linearia, interdum apice paullo latiora, integerrima aut subdentata. Mineral del Monte, iisdem mensibus C. Ehrenberg.

c. *ramosa*, caule dense folioso superne plus minus ramoso, ramis inferioribus sterilibus (uti in omnibus folia fasciculata mentientibus) interdum elongatis, superioribus corymbos parvos fasciculatos ferentibus et corymbum valde compositum magnum suprafastigiatum constituentibus. Huc spectat planta Berlandieri supra citata et specimen horti bot. Berol. nomine St. purpureae insignitum nec non alia a b. Schiede ad Zetete Xonotla alioque loco lecta.

St. dissoluta n. sp. herbacea, tota pilis brevibus glanduliferis hirtella et viscidula, a medio ramosissima; ramis foliisque inferioribus oppositis, superioribus alternis, his subsessilibus late ovatis, basi late cuneatis, grosse et obtusiuscule dentatis subtriplinerviis, capitulis sub-5-floris terminalibus solitariis, corymbum subtrichotome ramosissimum dissolutum constituentibus, corollis extus hirtellis, pappo paleaceo exaristato. — Inter las Trojes et Hacienda de la Trinidad Oct. leg. b. Schiede. Flores purpurascentes. — Planta 4-pedalis et ultra. Radix perennis videtur e fibris plurimis longissimis validis; caulis inferne simplex et demum denudatus, a medio aut ultra medium trichotome ramosus, ramis quinquies sexiesve iterum ramosis sed ramulis alternis irregulari modo cymosis. Pili breves, articulati, apice glandula parva obscurius tincta terminati omnes partes occupant easque viscidulas et hirtellas reddunt. Folia inferiora late-ovata, parte infera late cuneata integerrima, cetero margine usque ad apicem obtusiusculum, dentibus lineam circ. longis obsesso, superiora sensim minora angustiora, dein paucas lineas longa, lanceolata, integerrima. Capitula solitaria in pedunculis variae longitudinis, cylindracea, colorata, bractearum apicibus acutis leviter extus curvatis. Corollarum tubus gracilis infundibuliformis longe exsertus purpureus, limbus laciniis 5 ellipticis obtusis genitalia aequantibus. Achaenii nigricantis anguli pilis parvis erectis apicem versus obsessi sunt, pappus brevis fuscescens e paleis obtusis pluribus inferne connatis, rarissime arista unica nigricanti extus comitatis.

Tab. VIII. Fig. 1. Pars summa florifera Steviae glanduliferae. *Fig.* 2. Folium e caulis inferiore parte. *Fig.* 3. Capitulum florens auctum. *Fig.* 4. Fructus cum pappo auctus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0046

Calandrinia micrantha *Schldl.*

Schumann del. et sc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0047

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0048

Oxalis Ehrenbergii *Schtdl.*

Schumann del. et sc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0049

Universitäts- u. Landesbibl. Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0050

Commelina variabilis Schldl.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0051

Universitäts- u. Landesbibliothek
Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0052

Stevia glandulifera Schldl.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0053

Universitäts- u. Landesbibl. Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0054

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0055

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0056

HORTUS HALENSIS

TAM VIVUS QUAM SICCUS

ICONIBUS ET DESCRIPTIONIBUS

ILLUSTRATUS

A

D. F. L. DE SCHLECHTENDAL,

HORTI DIRECTORE.

FASCICULUS III.

Botanisches Institut der Universität HALLE

B 767

HALIS SAXONUM

APUD H. W. SCHMIDT.

TYPIS EXPRESSUM SCHMIDTII.

1853

vgl. letzte Umschlagseite: 1853

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0057

Wichtige naturhistorische Schriften.

Naturgetreue Abbildung und Beschreibung der essbaren, schädlichen und verdächtigen Schwämme (Fungi). Von Julius Vincenz von Krombholtz. 10 Hefte Text und 10 Hefte mit über 2000 colorirten Abbildungen auf 76 Tafeln in Imper.-Folio. Preis 62 Thlr. 25 Sgr.

Genanntes Prachtwerk ist nach Erscheinen des 10ten Heftes **vollendet.**

Inhalt.

1) a) Gestalt, Bau, Leben und Fortpflanzung der Schwämme.
   b) Eintheilung der Schwämme nach den Systemen der vorzüglichsten Naturforscher;
   c) die Terminologie.
   d) Unterscheidungsmerkmale der essbaren und schädlichen Schwämme; Krankheitserscheinungen nach dem Genuss der Giftschwämme, sowie Hülfsleistung bei derartigen Vergiftungen.
2) Darstellung der Gattungen und Arten von Schwämmen, nebst:
   a) deren systematischen Namen in lateinischer, deutscher, und soweit sie verlässig sind, in böhmischer, französischer, englischer, polnischer, russischer u. a. Sprachen, nebst den gangbarsten Trivial- und Provinzialnamen;
   b) die genaueste Diagnose der Gattungen und ihrer Arten;
   c) ausführliche Beschreibung jedes einzelnen Schwammes;
   d) die geographische Verbreitung.
   e) Anweisung über die Art der Aufbewahrung und Zubereitung einzelner Schwammgattungen.
   f) Ergebnisse der mit verdächtigen und schädlichen Schwämmen gemachten Versuche.

Die Kupfer sind nach frischen Exemplaren von geübten Pflanzenzeichnern ausgeführt und naturgetreu gemalt. — Auch die mikroskopische Darstellung einzelner Theile ist durch Mitwirkung des bekannten Mycologen Corda nicht verabsäumt.

Von allen Fachkennern ist dies Werk als das ausführlichste, vorzüglichste und als in jeder Hinsicht gelungen anerkannt, es hat überall die günstigste Aufnahme gefunden und ist demnach hinreichend bekannt. — Ich glaube daher mich jeder Anpreisung enthalten zu können.

Meigen, Joh. Wilh., Systematische Beschreibung der bekannten **Europäischen zweiflügeligen Insekten.** 7 Thle. mit 1996 Abbildungen auf 74 Kupfertafeln. Hamm und Halle. 1822—51. gr. 8.
Statt Ladenpreis 24½ Thlr. für 14 Thlr.
Einzelne Bände: 1—5r statt à 4 Thlr. à 3 Thlr.
Band 6 u. 7 à 4 Thlr.
dasselbe mit **color.** Abbildungen statt 42 Thlr. zu 28 Thlr.
(Hiervon wurden nur wenige Exemplare ausgeführt und sind selten.)

In der deutschen und ausländischen Literatur existirt kein anderes Werk, welches diesen Gegenstand so ausführlich und mit so grosser Genauigkeit behandelt, als das erwähnte, und wird es auch das einzige in diesem Zweige für lange Zeit bleiben. Der Verfasser beschreibt hierin **über 4500 Species** der Europäischen Zweiflügler und hat die grössten Opfer gebracht und keine Mühe gescheut, um das Werk in seiner jetzigen Gestalt dem Publikum zu übergeben. Ihm ist dafür die grösste Anerkennung zu Theil geworden und wird sein Werk in der Literatur stets als eine classische Arbeit genannt werden. Da das Werk vielfach in andern naturhistorischen Werken citirt ist, so dürfte es wohl Naturhistorikern und Bibliotheken unentbehrlich sein.

Die Fortsetzung hierzu bildet:

Wiedemann, C. R. W., **Ausser**-Europäische zweiflügelige Insekten. (Zugleich als Fortsetzung des Meigen'schen Werkes.) 2 Thle. mit 219 Abbild. auf 12 Tafeln. Hamm 1828—30. gr. 8.
Druckpapier statt Ladenpr. 9 Thlr. für 5 Thlr.
Schreibpapier statt 11 Thlr. für 6 Thlr.

Meigen, J. W., Abbildung aller bis jetzt bekannten Europäischen zweiflügeligen Insekten. 1s Heft m. 10 Tafeln (nicht mehr erschienen). gr. 8. statt ⅔ Thlr. für ⅓ Thlr.

Wiedemann, C. R. W., Proboscideae autennis multiarticulatis et parumarticulatis, (sive Diptera exotica, pars unic.) c. 2 tab. aen. Kiel 1821. 8. statt 1¾ Thlr. für 1 Thlr.

Zetterstedt, J. W., Coleoptera, Orthoptera et Hemiptera Lapponica (sive insectorum Lapponicorum pars unica.) Hamm 1828. gr. 8.
Druckpapier statt 3½ Thlr. für 2 Thlr.
Schreibpapier statt 4½ Thlr. für 3 Thlr.

Zugleich erlaube ich mir auf mein **Antiquarisches Lager** von crc. **10000** naturhistorischer Schriften aufmerksam zu machen:

Catalog LI. 3000 *Werke Allgem.* ***Naturgeschichte,*** *Zoologie und Reisewerke.*
- LXXIV. ***Entomologische*** *Werke* 900 *N.*
- LXXV. ***Zoologie*** 2000 *N.*
- LXXVI. ***Botanische*** *Werke* 2100 *N.*

Catalog LIII. ***Mineralogische*** *Werke* 1000 *N.*
- LVI. *Astronomie* 600 *N.*
- LVII. *Mathematik* 1200 *N.*
- LIV. *Physik u. Chemie* 1000 *N.*

Ferner gab ich Antiq. Cataloge über folgende Wissenschaften aus:

XLVI. *Allgem. Geschichte und Geographie und Alte Geschichte* 6000 *N.* — LXVII. 1. *Geschichte und Geographie der Europ. Staaten (ausser Deutschland)* 6000 *Bde.* — XLVII. 2. *Geschichte und Geographie der Deutschen Staaten* 6000 *Bde.* — XLVIII. 3. *Ausser-Europäische Staaten* 2000 *Bde.* — XLIX. *Biographien* 2000 *Bde.* — LV. *Genealogie und Numismatik* 1200 *Bde.* — *Theologisch-Antiquarischer Catalog* 40000 *Bde.* — *Philologische Cataloge in* 2 *Abthl.* 25000 *Bde.* — *Mechanik* 500 *Bde.* — *Bauwissenschaft* 600 *Bde.* — *Militaria* 1000 *Bde.* — *Jurisprudenz* 14000 *Bde.* — *Pädagogischer Catalog* 4000 *Bde.* — *Catalog von Werken theils in, theils über orientalische Sprachen crc.* 1000 *Bde.* — *Catalog über Literaturgeschichte, Kunstgeschichte, Altdeutsche Schriften, Alte Manuscripte, Curiosa, seltene Drucke etc.* 10000 *Bde.* — *Philosophie crc.* 3000 *Bde.* — *Mineralogie und Bergwerkswissenschaft* 1500 *Bde.* — *Oeconomie und Viehzucht* 2000 *Bde.* — *Technologie* 1500 *Bde.* — *Forst- und Handlungswissenschaft* 1500 *Bde.* —

H. W. Schmidt.

Buchhändler und Antiquar. Halle a/S., Rannische Str. 497.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0058

IX.

ECHEVERIA PUBESCENS SCHLDL.

in Linn. XIII. p. 411.

Cum vetere illa planta *Cotyledonis coccineae* sub nomine a cel. Cavanilles descripta et depicta, altera Mexicana connectitur tanta affinitate, ut saepius haesitarem, utrum conjungerem sibi proximas. Speciei nomine autem jam prius proposito, icone per annorum seriem jam servata et eodem nomine insignita, novam revocare noluimus speciem, quam foliis facilem distinctu in horto bot. colimus cum *E. coccinea,* cui folia sunt longiora et angustiora, ad 3 poll. scilicet longa et ad basin superae tertiae folii partis 9 lin. lata, dum in *pubescente* ad 2—2½ poll. sunt longa et 10—12 lin. lata, parte infera angustata breviore, margine saepe purpurascente. Plantae per plures annos cultae descriptionem nunc addimus.

Descriptio. Pubes densa et mollis omnes tegit partes praeter corollae paginam internam et genitalia glabra. Pili sub microscopio composito adspecti magnitudine sunt varii, e basi conica subulati, subacuti, e cellularum simplici serie inferne longiorum supra abbreviatarum compositi. Caules e radice plures oriuntur teretes, foliorum emortuorum et delapsorum cicatricibus inferne notati, e griseo-rubescentes, superne fere rosulato-foliosi, virides, ramo uno alterove instructi axillari, ex axilla quoque ramum apice floriferum elongatum edentes. Caulis ramorumque sterilium folia basi petioli in modum angustata, apice acuta, ceterum ex subrotunda in spathulatam et lanceolatam vergentia formam, patentia, apice saepius leviter mucrone curvato insignita, supra plus minus deplanato-canaliculata, canaliculo fere semper obliquo per folium a basi ad apicem procurrente, interdum ere evanescente, supra e glauco-viridia, subtus glauca, in margine obtuso et apice saepe ex fusco purpurascentia, crassa succulenta, maxima 2½ poll. longa, pollice paullo latiora, petiolo bilineari crasso, lamina unica linea crassiore; ramorum florentium vero decrescentia, minora, magis magisque lanceolata in bracteas transeunt, basi fere soluta (quod in sterilium haud invenitur). Stomata in utraque pagina inter pilos, licet in infera sint multo frequentiora, occurrunt. Flores sessiles spicam plus minusve densifloram, in speciminibus sponte enatis 50—60-floram, in cultis ex 20—25-floribus circiter compositam formant, quorum quisque bractea unica fulcitur lanceolata acuta, deflexo-patente, dorso convexa, facie fere plana, nunc sepalis aequali nunc duplo majore foliiformi. Sepala 5, radiatim patentia, impari bracteae opposito, hinc, si bractea minor est, corolla calyci hexasepalo imposita videtur, nunc omnino inter se sunt aequalia, nunc, si bractea major, et duo huic proxima majora esse solent, omnia angusta lanceolata subulato-acutata, apice plerumque leviter incurvo et purpura tincto, ceterum viridia, succulenta, utrinque convexiuscula, mox corollam longitudine aequantia, mox superantia. Corolla ante et post anthesin pentagono-conica, clausa, angulis obtusis, sub anthesi apice aperta pentagono-prismatica, speciem prae se fert corollae apice acute 5-dentatae. Petala aestivatione quincunciali disposita, 5 lin. longa, obtuse carinata, intus concaviuscula et basi fovea ovali concava mellifera instructa, acuta cum mucrone parvo dorsali erecto pilosiusculo, dorso intense coccinea, marginibus basique lutea, omnia basi inter se cohaerentia, ita ut gamopetala fere dici possit corolla. Summo foveae margini stamen insidet brevius, alternans cum longiore ad basin germinis, si petala detrahis, persistente. Stamina omnia fere aequilonga, ¾ corollae aequantia, usque ad sinus inter apices liberos petalorum porrecta. Filamenta alba plana sensim angustata: Antherae ovales sulphureae. Pistilla 5, inferne connata, germen unicum obtuse 5-sulcatum mentientia, staminibus breviora, stylo brevi erecto, parte ejus stigmatosa subcapitata paululum extus curvata et rubore affusa. Glandula transversa elliptica ad basin dorsi cujusvis ovarii, foveae nectariferae in petalo respondens. Fructus nunquam perfecti sunt.

Adn. E cicatricibus foliorum hinc inde radiculae pullulant fasciculatae coloris laete purpurei.

Patria: Crescit in imperii Mexicani regionibus montosis Mineral del Monte, ad Reglam et Mexici urbem, ubi b. Carolus Ehrenberg legit nobiscum vivam et siccam communicavit. In horto nostro in frigidario colitur perque aestatem in tuto collocatur ne nimiis pluviis laedatur.

De specierum generis Echeveriae dispositione.

Celeberrimo A. P. De Candolle anno 1828 quatuor tantum innotuerunt hujus generis species (Prodr. III. p. 401), qui numerus autem recentiori tempore tantopere auctus est, ut nunc post lustra quinque specierum viginti novem nomina habeamus. Sunt vero: acutifolia Lindl., bifida Schldl., bracteolata Lk. Kl. O., caespitosa DC., campanulata Kze, coccinea DC., farinosa Lindl., gibbiflora DC., grandifolia Haw., lanceolata Nutt., laxa Lindl., lurida Lindl., mucronata Schldl., Peruviana Meyen, pubescens Schldl., pulverulenta Nutt., racemosa Schldl., retusa Lindl., rosea Lindl., Scheerii Lindl., secunda Booth, teretifolia DC. Quibus addendum erit Pachyphytum bracteosum Lk. Kl. O. quod florens nondum vidimus. Nomina in hortis obvia sunt Ech. fulgens et pumila h. V. Houtte, spilota et acuminata h. Lips., gracillima et hispida h. Berol., lucida Haw. Quae, ut in ordinem disponantur, ex inflorescentiae charactere hoc modo in sectiones distribui possunt.

1. Racemus v. spica simplex, floribus undique versis.
   a. caulescentes: *coccinea* DC., *pubescens* Schldl., *rosea* Lindl.
   b. acaules: *racemosa* Schldl., *mucronata* Schldl., *lurida* Lindl., *Peruviana* Meyen.
2. Racemus simplex floribus secundis: *secunda* Booth.
3. Racemus bifidus et trifidus floribus secundis: (bifidus) *bifida* Schldl., *teretifolia* DC., *retusa* Lindl., *bracteolata* Lk. Kl. O. — (trifidus) *Scheerii* Lindl.
4. Cyma pluriradiata floribus erectis secundis: *caespitosa* DC.
5. Panicula ramis racemosis, floribus secundis: *gibbiflora* DC., *grandifolia* Haw., *laxa* Lindl., *farinosa* Lindl., *campanulata* Kze., *acutifolia* Lindl., *lanceolata* Nutt., *pulverulenta* Nutt.

In hac dispositione species saepius ex verbis diagnosticis auctorum sectioni alicui addere coacti fuimus, nulla exstante descriptione nullaque in auxilium veniente icone, qua doceri potuissemus quid verba significarent. E. retusae ex gr. panicula dense subcorymbosa ramis paucifloris describitur et in icone videmus inflorescentiam e racemis tribus nutantibus compositam, quorum duo superiores dichotome inter se discedunt, tertii vero locus insertionis latet. Plures igitur in falso loco positas esse haud mirandum.

Tab. IX. Fig. 1. Planta hortensis florens magnitudine naturali. *Fig.* 2. Bractea c. calyce, et corolla adhuc clausa, desuper inspecta. *Fig.* 3. Eaedem partes a latere visae et magis auctae. *Fig.* 4. Petalum ab interiori parte visum c. fovea nectarifera et stamine. *Fig.* 5. Stamina longiora cum pistillis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0060

X.

ECHEVERIA MUCRONATA SCHLDL.

in Linn. XIII. p. 411.

Patria. Crescit in imperii Mexicani locis montosis Mineral del Monte, ad Omitlam, in Cuesta blanca etc. ubi ab Septembre ad Octobrem usque florentem reperit C. Ehrenberg et nobiscum specimina communicavit.

Descriptio. Folia rosulam efficientia sessilia, lanceolata s. lingulato-lanceolata, acuta acuminata et mucronata, basi nunc leviter nunc valde angustata, ita ut in lanceolato-rhombeam interdum transeant figuram, margine casu subrepando, extimo albido subcartilagineo plus minus evidenter eroso, nunc integerrimo, nunc fere denticulato, mox laevi mox leviter scabriusculo, in facie utraque sunt viridia glabra, superior leviter et applanto-canaliculata est, infera obsolete et obtuse carinata. Longitudo varia, ad 3—4 pollices et paullo ultra se extendit et in his longioribus foliis diameter transversalis ultra medium folium 15—18 lineis metitur, baseos autem 9 lin. circiter. Caulis florens e rosula anni praecedentis oritur, quae alteram rosulam sequentis anni juxta se prodit, $1\frac{1}{2}$—2 pedes altus, teres, glaber laevisque, ad medium usque foliis sensim decrescentibus sparsis, superne floribus sessilibus subsessilibusve undequaquam versis coopertus et in latere soli obverso saepe rubore affusus. Folia caulina sessilia basi soluta, magis minusve acuta et saepius extus curvata, lamina ipsa magis erecta, inferiora rosulatis similia, sed multo angustiora, fere lineari-lanceolata, ultra 4 poll. longa, cito decrescentia, deorsum curvata patentia, basi soluta, cauli adpressa; summa denique parva $\frac{3}{4}$ p. longa plus minus lanceolata. Bracteae sub quovis flore tres virides infima major summis foliis caulinis similis at minor, sursum curvata, basi brevissime soluta, eodem modo curvata, extus convexa, intus concaviuscula, lanceolata, interdum mucronulata, ad inferiores flores calyce paulo major, ad summos eum aequans; laterales 2 angustae, acute acuminatae, sepalis breviores et angustiores, at flori ut major infera adpressae, ita ut primo intuitu calycem e pluribus sepalis compositum crederes. Sepala 5, inter se subaequalia, lineari-lanceolata, acute mucronata, mucrone albido saepe leviter extus curvato s. extus paululum sub apice exserto, ita ut apex sepali interdum minute tridentatus appareat, dente medio mucroniformi, lateralibus minutissimis brevissimis; sepalum impar, reliquis quamplurimum paulo majus, bracteae infimae oppositum. Flores brevissimo pedicello crasso insidentes sessilesve, sub anthesi et hac peracta patentes imo patentissimi, plerumque 12—30 in eadem spica, quae et pauciflora occurrit, spatio interdum pollicari longiorive inter se distantes, sparsi, undequaque sunt versi. Corolla fere conica 6—8 lin. longa, calyce viridi duplo paene longior; petala plus minus intense rubra, apice et margine supero sulphureis, marcescentia vero intensius rubro colore ex toto sunt tincta, basi connata sursum convergentia, apicibus vero extus curvatis et paululum sub apice mucronatis, mucrone leviter extus s. deorsum flexo, oblonga acuta, dorso convexo obtuse subcarinata, intus concava et basi profundius excavata nectar servantia. Cujus foveae summo margini stamen brevius affixum, filamento e latiore basi sensim attenuato, petalum medium superante et anthera parva lutea terminato. Stamina 5 majora cum petalis alterna ex particula corollae basali connata oriuntur, minoribus paululum longiora, ceterum iis et colore lutescente similia. Pistilla 5 lutescentia inferne connata, ovarium unicum 5-sulcatum mentientia, stylos sensim attenuatos conniventes, longitudine stamina majora attingentes et apice summo extus stigmatosos levique rubore tinctos habent. Glandula transverse ovalis foveae nectariferae petalorum respondens ad basir cujusvis ovarii. Fructus non perfecerunt specimina hortensia, quae soli exposita in foliis caulinis superioribus, bracteis, calycibus colorem rubescentem induunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0061

Duarum in horto botanico cultarum generis Echeveriae specierum addere placet descriptiones. Alteram sub *Ech. spilotae* Kze. nomine ex horto bot. Lipsiensi accepimus, quam vero ab *Ech. secunda* Booth in Lindl. Bot. Reg. Vol. XXV. (1839) Miscell. p. 59 n. 112 ibidemque in Vol. XXVI. t. 27 depictam non diversam credimus; alteram *Ech. pumila* in h. V. Houtteano nominatam ex hoc ipso ditissimo horto possidemus.

ECH. SECUNDA Booth (SPILOTA Kze. ined.)

Descriptio. Acaulis foliis rosulatis. Rosula polyphylla ex inferioribus foliis suis rosulas plures novas undique edit, ex mediis vero caules florigeros emittit. Folia viridia vix glaucescentia, maxima $1^1/_2$ poll. longa, superne $^3/_4$ p. lata, cuneato-spathulata, basi 4 lin. lata, in apice rotundato breviter acuminata, acumine in cuspidem parvam pallidam interdum rubescentem, subspinescentem excurrente, facie levissime concava vel omnino plana, subtus vix obtusissime carinata. Caulis floriger 5—9 et 10 poll. versus anthesis finem longus, apice primum deorsum curvatus, in parte infera longiore foliosus, in supera flores gerens pedicellatos secundos. Folia caulina ab invicem remota, oblonga, apice cum cuspide acuminata, cauli adpressa, dein decidua, basi producta soluta, in bracteas abeuntia similes, sursum minores. Pedunculi c. bracteis interjectis secundi, plerumque 9—10 in racemo, rarius tantum 3—4. Sepala 5, patula, aequalia 4 lin. et paulo ultra longa, $1^1/_2$ lin. lata, oblonga, acuta, dorso convexa, supra subplana, basi convexiuscula, sub apice mucronulo minuto, nunc ipsum apicem occupante instructa, margine acuta. Corolla campanulata tubo fere aequali, basi obtuse pentagona, 6 lin. longa; petala longe sensimque acuminata, extus mucronulata, apice patentia, extus flava, basi dilute sanguinea in colorem intense luteum transeunte, intus vivide lutea. Stamina c. antheris pollineque pallide lutea, ut in aliis speciebus disposita, filamentis tenuibus. Foveae nectariferae ad basin petalorum et glandulae transverse ovales valde prominentes ad basin pistillorum, quae subulato-acuminata, pallida superne lutea, dense sibi approximata sunt.

Adn. Margines apicesque sepalorum nec non caules florigeri cum foliis suis interdum rubro colore plus minus tinguntur.

ECH. PUMILA V. Houtte Cat. a. 1846.

Adumbratio. Species haec sub falso *Ech. secundae* nomine in hortis interdum obvia, huic revera proxima, at minor, egregie glauca, e rosula sua florifera plurimas (ad 12 vidimus) et longe procurrentes laterales edens; foliis gaudet angustioribus longioribus magis cuneatis magisque acuminatis, maximis ad $1^3/_4$ vix 2 poll. longis, superne usque ad 7 lin. latis; caules habet floriferos tenuiores, vix breviores, nec florum numero eodem modo dispositorum recedentes, foliis caulinis et bracteis fere semiteretibus; sepala sunt, si respicis corollam, majora, 5—6 lin. longa, lineam lata, utrinque convexa; corolla similis est, sed minor vix 5 lin. longa, colore rubro paullo angustiorem zonam occupante nec in latere solis radiis exposito usque ad petalorum partem extus curvatam et minus acutatam minusque longe patentem sese extendente.

Tab. X. Fig. 1. Caulis floriferi summa pars magn. nat. *Fig.* 2. ejusdem pars foliosa infera m. nat. *Fig.* 3. Folia rosulata cum ima caulis floriferi basi m. nat. *Fig.* 4. Folii margo auctus. *Fig.* 5. Corolla cum calyce bracteisque aucta. *Fig.* 6. Corollae magis auctae petala duo cum staminibus brevioribus et longioribus, quae omnia reflexa sunt ut petalorum foveae et pistilla c. glandulis conspiciantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0062

XI.

TRADESCANTIA IRIDESCENS LINDLEY.

Bot. Reg. Vol. XXIV. miscell. nat. p. 86. n. 160.

Plantae hujus, florum copia et colore, odoris suavitate, foliorum nitore excellentis iconem, jam ante annos paratam cum descriptione haud supprimendam esse censuimus, quum celeberrimi Lindleyi icon unicum tantum et juvenilem plantae statum praebere, descriptio autem nostra plura a primo stirpis auctore vel neglecta vel praetervisa continere videatur.

Descriptio. Planta primo anno quamvis fere acaulis tamen florifera, florum densum fasciculum inter folia rosulata per longius tempus quotidie vario numero sese aperientium edit, posterioribus vero annis caulem prodit longiorem pedalem et ultra elongatum, teretem, pilis adpressis vestitum, leviter flexuosum, foliis breviter vaginantibus pluribus sensim minoribus per intervalla obsessum, superioribus ex axillis florum fasciculos et summo apice spatham diphyllam cum floribus proferentem. Folia crassa succulenta, basi vaginantia, vagina brevi laxa in laminam oblique transeunte oblongam, lanceolatam, ovato-lanceolatam, s. lingulato-lanceolatam, semper acutam, 2—4 poll. longam, 1—1½ poll. latam, supra nitidulam, iridescentem, punctis innumeris tenuissimis elegantissime exsculptam, glabram, e glauco-viridem, concaviusculam, subtus et in primis margine villis mollibus albis dense dispositis insignem; nervis pellucidis pallidioribus 7—9 majoribus aliisque tenuioribus his interjectis percursam. Foliorum superficies epidermide tegitur, quae e cellulis regulariter hexagonis magnis extus convexiusculis composita est, inter quas cellulas stomata observare non licuit, sed hinc inde cellulam hexagonam impressam, quae situ et directione ceteris contraria videbatur. Qua sub epidermide stratum erat crassum e cellulis hexagonis pellucidis, tam aqueo succo quam raphidum fasciculis aliisque crystallis repletum, sequitur dein stratum viride, cui adjungitur aliud angustum pellucidum coloratumve cum epidermide stomatibus creberrimis et pilis tecta atque e cellulis irregulariter angulosis composita. Dum florere incipit planta caulis nunc eum in modum abbreviatus ut florum fasciculus tantum ex spatha diphylla prodiens inter folia conspiciatur, dein scapiformis fit caulis, apice florifer, denique longius excrescit foliosus, inferne uno alterove folio sterili (maximo 4 poll. longo et 1—1½ poll. lato) praeditur, superne ex axillis flores emittens. Folia caulina plerumque deorsum volvuntur s. decurvantur, convexiorem superficiem adipiscentia, ceterum basalibus simillima. Pedunculi teretes, fructiferi 6—8 lin. longi, et cum calyce pilis albis patentibus pilosi s. hirsutiusculi, cum alabastro deorsum curvati, ineunte anthesi erecti, recti, hac peracta iterum deorsum curvata, corolla marcescente at persistente in calyce clauso; maturitatem capsulae versus superior pedunculi deorsum curvati pars sursum inflectitur ita ut duplicem curvaturam exhibeat et capsulam maturam et sese aperientem erectam ferat. Sepala 3, anguste elliptica, acuta, extus convexa, pallide virentia, 4 lin. longa, paullo ultra lineam lata. Petala 3 subaequalia, 5—7, interdum 9 lin. longa, brevissime unguiculata, rotundato-ovata obtusa, irregulariter hinc inde crenula una alterave circa apicem instructa, ex leviter coerulescenti intense rosea s. persicina, odorem gratum amgydalarum amararum spargentia. Stamina 6 erecta, 3 paullo majora filamentis intense roseis, infra medium pilis patentibus moniliformibus magis coeruleis obsessis, antheris cum connectivo intense luteis, 3 breviora filamentis altius pilosis. Alios vidimus flores serius enatos quorum filamenta brevioribus et paucioribus pilis erant obsessa, nec semper tria majora, sed interdum omnia aequalia videbantur. Connectivum latum luteum brevi pedicello luteo in filamento rubro insertum, subreniforme, lateribus subtruncatis polliniferis, margine anteriore convexo interdum leviter producto. Stylus staminibus brevioribus circiter aequalis, intense roseus, superne dilatatus stigmate pallide luteo, obtuse triangulari supra planiusculo et papilloso. Capsula oblonga, obtusa, obscure trigona, calyce brevior, glabra praeter apicem breviter pilosam, 3 valvulis aperitur medio septiferis, plura includens semina sordide atra. Valvulae denique usque ad basin secedentes expanduntur et cum calyce pedunculoque exsiccantur. Inter pedicellos reperiuntur bracteae parvae concavae his multo breviores. Semina ut in aliis speciebus formae ex varia mutua pressione variae, elliptica rotundave, in convexa extera dorsali parte umbonata, in planiore ventrali parte crista laevi longitudinali notata, a qua ad umbonem striae elevatae cum interjectis sulcis tendunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0063

Adn. Cel. Kunthius hanc speciem in prima legitimarum quas vocat sectione inter non satis sibi notas posuit, illis autem adjicenda est speciebus, quae cum Tr. crassifolia conveniunt foliis crassioribus et caulibus persistentibus, a quibus removendae sunt perennes, quarum caules quotannis novi e terra surgunt et peracta fructificatione pereunt, ut Tr. virginica, pilosa, Lyoni aliaeque.

Observatio de Tradescantiarum inflorescentia.

Inflorescentia harum Tradescantiarum annuo caule et radice perenni donatarum, nunc in caule ipso nunc in ramis ejus terminalis, duabus fulcitur foliis sibi proximis vaginantibus et variae longitudinis. Intra quae folia vaginantia rami duo abbreviati, florum varia copia onusti, secundiflori, bracteis tenuibus membranaceis stipati, ex medio apicem versus sensim flores apertos erigentes et defloratos deflectentes. Rami sunt e nostra sententia cymae semel dichotomae, quarum flos terminalis deficit, qui in Commelinis pluribus florifer adest vel sterilis stipitiformis, ramo altero florifero tantum evoluto. Ramo axillari inflorescentiae haud evoluto flores fasciculati videntur in axilla folii caulini, ut in specie supra descripta. Folia inflorescentiam involucrantia si spatharum in modum formata sunt ut, in Tr. discolore, singularis adesse videtur inflorescentiae modus, qui vero omnino idem ac in ceteris. Axibus omnibus evolutis reperies aliarum Tradescantiarum inflorescentiam.

Observatio de anomala morphosi staminum in Tr. discolore.

Memoratu digna videtur quam in Tr. discolore observavimus staminum metamorphosin. Inflorescentia in ramo axillari basi vaginato terminalis vaginis includitur duabus, margine supero rotundato-truncato et medio brevissime acuminato, quarum extera minor magis truncata interiorem majorem margine magis convexam basi amplectitur. Intra eas sunt ramuli duo circ. 6-flori cum bracteis spathaceis albidis, quarum extima, interdum longior atque e vaginis emergens, ex viridi colorata apparet cum margine purpurascente. Flores albi in pedunculo albo. Sepala 3 pellucide membranacea; petala his majora ovata acuta, basi paululum angustata. Stamina 6 alba, filamentis albo-pilosis, antherae connectivum luteum, obverse et obtuse triangulum, brevissimo stipite insidens filamento, lateribus polliniferis, margine supero truncato nudo. Pistillum staminibus brevius, stylus apice leviter contractus, stigma parvum depresso-capitatum papillosum. Qui status normalis in uno flore ita mutabatur ut stamina tria perfecta, tria vero in petala plus minusve transformata adessent. Quorum staminum petaloïdeorum unum obovatum erat et apice profunde emarginatum, sub sinu macula lutea, inprimis alterum latus occupante, notatum, in quo secundum lineam medianam petali, loculus antherae pollinifer interne apparuit cum pilo unico articulato paululum profundius erecto, in altera vero pagina hic locus colore rubro insignis erat. Duo reliqua stamina filamentum praebebant, cujus alterum latus in petalum quasi dimidiatum extendebatur, quod in altero cum connectivo conjunctum hoc superavit, cujus in libero latere tantum loculus pollinifer; quod autem in altero cum connectivo utrinque pollinifero haud connatum, altius libere procurrit. Alio in flore cum staminibus tribus normalibus petala aderant sex, quorum unicum modo apice profunde emarginatum, in sinu antheram habuit fere perfectam sed in radii directione positam, duo reliqua nullo modo nisi situ a petalis veris discernenda erant.

Tab. XI. Fig. 1. Plantae evolutae caulis florifer. *Fig.* 2. Planta junior primum florens inflorescentia fere scapiformi. *Fig.* 3. Inferior, stamen majus et Fig. 3. superior, stamen minus, utrumque auctum. *Fig.* 4. Calyx cum pistillo auctus, sepalum unum reflexum. *Fig.* 5. Capsula matura sese aperiens cum calyce et floris reliquis partibus convolutis et exsiccatis, aucta. *Fig.* 6. *a* Semina mag. nat., *b* eadem aucta et forma varia, *c*, semen transverse sectum auctum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0064

XII.

ICICA COPAL Schldl.

Arborum gummi balsamumve fundentium terra Mexicana haud exiguum numerum producit uti jam ex Hernandesii libro tertio discimus, in quo, praeter novem Copalliferas (Copal v. Copalli nomine enim Indi, hoc ipso teste, gummi quodlibet denominant) et praeter quatuor Balsamiferas arbores, plures reperies similes succos edentes, qui succi, oleum aethereum continentes, nunc sponte sua defluunt, nunc ex vulneribus stillant, nunc ex concisis ramulis cum foliis decoquuntur. Variis ordinibus naturalibus adscribenda sunt haec vegetabilia, quorum longe major pars Burseracearum familiae inserenda est ut ex nostra civium Mexicanorum hujus familiae adumbratione patet, quam in Linnaeae vol. XXI. p. 522—532, et in vol. XVII. p. 245—253 et ibid. p. 625—638 depositam vides, quam vero ex parte ab infelici Walpersio neglectam esse dolemus. Eodem ex ordine alius generis speciem, dubitationis signo oppressam, ante multos jam annos in publicum protulimus, nunc vero ampliore descriptione et fructuum icone stabiliendam, ne longius ut jam in Walpersii operibus collecticiis factum est, vegetabilium systematis exsul sit. In Linnaeae tomo quinto Icicam? paucis descripsimus verbis ex speciminibus tunc temporis imperfectis, alabastra sola praebentibus, quam nunc, ab nullo alio botanico, quantum scimus, illustratam, ad Icicae genus absque dubio ducimus et vernaculo nomine salutamus.

ICICA COPAL Schldl.,

Elaphrium Copal et El. macrocarpum Schiede in litt., Icica? Linn. V. p. 601. n. 716.

Patria. Beatus Dr. G. Schiede legit in imperio Mexicano: Papantlae, sterilem Febr. m., Misantlae c. alabastris Mart. m., et in calidioribus ad Hacienda de la Laguna Aug. fructiferam.

Ex schedis beati amici haec: „Arbor e cujus cortice vulnerato stillat gummi, Copal appellata“ (ab indigenis). — „Fructus capsularis bilocularis 4-valvis, dispermus. Dissepimentum medio valvularum duarum adnatum, quae ideo reliquis duabus valvulis jam delapsis longius persistunt. Valvulae autem sunt siccae, magna copia vasorum resiniferorum percursae, intus uti dissepimentum roseae, extus in statu fructus maturo purpureae. Semen cavitati conforme, delapsis jam capsulae valvulis apice per aliquot tempus appensum. Hilus infra apicem observatur. Seminis integumentum primum (forsan arillus) album carnosum, succo dulci non resinoso scatens, a valvulis dissepimentoque solubile, testae seminis arcte adhaerens. Testa sublignosa, extus nigra, intus olivacea. Integumentum tertium fuscum membranaceum. Cotyledones corrugatae. Radiculam parvam cotyledonibus non obtectam observavi. Plumula parva teres.“

Descriptio. Rami suppetentes teretes, sicci ex cinerascente fusci, lenticellis crebris irregulariter dispositis, anguste ellipticis albidis, et media rimula notatis tecti, mox glabrati, apicibus vero cum gemmis, tam terminalibus quam lateralibus, paulo supra ipsam axillam orientibus nec non cum inflorescentiae et ramis alabastris pube teguntur e pilis minutis adpressis ferrugineis composita, quae longius in basis petiolorum supera parte remanet et in junioribus quoque foliis obviam venire posset, in adultis autem nullibi reperitur. Folia petiolata, imparipinnata, pinnis 2-, 3-, 4-jugis petiolulatis. Petiolus 2 et interdum 3 fere uncias longus, basi crassiusculus et superne breve per spatium canaliculatus, dein vero fere planus, subtus rotundato-convexus, cicatricem relinquens fere orbicularem supra emarginatam. Petioluli 4—6 lin. longi, basi apiceque crassiores, medii reliquis saepe longiores. Foliola magnitudine et forma admodum variabilia, oblongo-elliptica, basi plus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0065

minus acuta v. obtusiuscula imo obtusa, apice breviter et obtuse acuminata, subcoriacea, glaberrima, integerrima (sicca tenuiter undulata), nervo subtus valde prominente, venisque primariis ex varia longitudine folii variis (5—12 utrinque) prominulis, recto sub angulo fere decedentibus et marginem versus fere bifurcis et arcuatim sese jungentibus, ceterum inter se rete vasculosum formantibus. Maxima foliola, ad 5 poll. et ultra longa, $2^1/_4$—$2^1/_2$ p. lata, plerumque at non semper sunt superiora folii, sed impar reliquis non majus; inferiora minora, lateralia inaequilatera latere scilicet superiore (contra aliarum plantarum morem) latiore, minora circ. 2 poll. longa, $1^3/_4$ p. lata. Inflorescentiae ex supremis rami, gemma terminati, axillis proveniunt, nullo pedunculo fultae, a basi ramos pandentes, recto vel acuto sub angulo ex axi ad 7 usque pollices longo orientes eoque multo breviores, rami inferiores vero semper longiores et ramulosi, superiores mox abbreviati, dein brevissimi. Flores in apicibus ramorum et ramulorum conferti (uti videtur ex lege cymae dispositi) hinc totius inflorescentiae ramificatio, irregulariter quasi, hinc inde et semper in omnibus apicibus florum glomerulos fert. Alabastra in nostris lineam longa globosa, calyce parvo quadripartito, laciniis subtriangularibus; corolla tetrapetala, petalis per paria aequalibus, cum sepalis alternantibus iisque plus duplo majoribus, margine superne inprimis crassiore sese tangentibus, (praefloratione valvata). Stamina octo erecta aequalia, inter petala discumque annularem, crassum, sub-octocrenatum, altitudine dimidium saltem pistillum aequantem disposita, filamentis planiusculis glabris, antheris oblongis basifixis, intus rima duplici dehiscentibus. Ovarium parvum, apice pilosulum, biloculare, loculis unum duove ovula ad axin centralem praebentibus, stylus brevissimus cum stigmate terminali ut videtur simplici. Fructus brevissime stipitatus in calyce persistente, drupaceo-capsularis, bilocularis, dispermus, vel abortu unilocularis monospermus, vel rarissime trispermus, quadrivalvis. Valvulae prius pulpae semen cingenti adhaerent, maturitate ab ea solvuntur, quae pulpa cellulosa, e cellulis constans magnis longisque, ab interiore seminis integumento, cui arcte adhaeret, radiatim ad pericarpium est disposita. Semina (ossicula) dorso convexa, intus planiuscula vel angulo acuto carinata, trigona, apice acuto dissepimento appensa, testa sublignosa superficiei inaequalis. Embryo exalbuminosus seminis cavitati conformis, radicula parva prominula, cotylis fere obovatis basi acutiusculis.

Adn. In Hernandesii opere quum nullam reperimus nec descriptionem nec iconem huic arbori adaptandam, quum nullam a beato amico de usu hujus arboris gummate accepimus notam, dubium, utrum in medicina an in artibus adhibeatur hoc Gummi Copal, quod nunquam in Europam transvectum esse videtur.

Tab. XII. Fig. 1. Pars rami floriferi magnitudine nat. *Fig.* 2. Alabastrum auctum. *Fig.* 3. Petalum ab facie interna, *Fig.* 4. ab anteriore visum. *Fig.* 5. Alabastrum magis auctum longitudinaliter sectum. *Fig.* 6 et 7. Fructus magnit. nat. ex varia sua indole varias formas induentes. *Fig.* 8. Fructus transverse sectus ita ut semina duo integra promineant. *Fig.* 9. Semen ab interiore pagina ubi appensum est, visum. *Fig.* 10. Idem apertum ut embryo conspici possit. *Fig.* 11. Embryo cotylis ab invicem paululum remotis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0066

Echeveria pubescens. *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0067

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0068

Echeveria mucronata. *Schldl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0069

Universitäts- u. Landesbibl. Bonn
1961

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0070

Tradescantia iridescens. *Lindl.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0071

Univ.-u. Landesbibliothek Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0072

Icica Copal. Schldl.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0073

Univ. u. Landesbibl. Halle
Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0074

Antiquaria!!

Naturhistorische Werke, die ich in einigen Exemplaren besitze und zu billigerem Preise ablassen kann:

Bruch, Gümbel et **Schimper** bryologia Europ. s. genera muscorum Europ. monogr. illustr. fasc. 1—41. c. 524 tabb. Stuttgart 1827—52. 4°. (137½ thl.) wie neu. 100 thl.

Nees v. Esenbeck, C. G., Naturphilosophie. Glogau 1841. (1¾ thl.) ⅚ thl.

Nees v. Esenbeck, C. G., Graminearum Africae Australioris illustrationes monographicae. Glogau 1841. wie neu. 1⅓ thl.

Endlicher, St., Enchiridion botanicum exhibens classes et ordines plantarum, accedit nomenclator generum et officinalium vel usualium indicatio. Lpz. 841. (4½ thl.) br. wie neu. 2 thl.

Hedwig, J., **species muscorum frondosorum** descript. et tabb. aen. col. illustr. Opus posth. ed. Fr. Schwägrichen, c. 77 tab. col. et Suppl. I—IV. c. 325 tab. col. (im Ganzen 402 tabb. col.) cmpl. Lpz. 801—42. (100 thl.) wie neu. 45 thl.

v. Hoffmannsegg, J. C., u. H. F. **Link, flore Portugaise,** 2 Vols. (23 lvrs.) c. 114 tab. aen. col. Berl. 809—40. (253 thl.) ein Prachtwerk. 70 thl.

Hooker, W. J., flora boreali Americana, or the botany of the northern parts of British America, to collat. by Richardson and Drummond etc. which are added those of Mr. Douglas from North-west-America. 2 Vls. in 12 part. w. 248 tabb. and 1 map. geogr. Lond. 833—40. 4. (Ladnpr. 84 thl.) wie neu. 45 thl.

Müller, C., synopsis muscorum frondos. omn. hujusque cognit. 2 partes. Berol. 1849—51. (10 thl.) 5½ thl.

Poeppig, E., et St. **Endlicher,** Nova genera ac species plantarum, quas in regno Chilensi, Peruviano et in terra Amazonica annis 827—32. legit E. Poeppig. 3 voll. c. 300 tabb. aen. Lps. 835—45. Fol. (60 thl.) br. wie neu. 40 thl.

Reichenbach, A. B., iconographia botanica seu plant. crit. icones plant. rarior. et min. cognit. exoticarumque. 10 centt. c. tabb. aen. Lpz. 823—32. 4. (66⅔ thl.) 38 thl.

Schkuhr, C., Histoire des carex ou laiches; trad. de l'Allemand; par De la Vigne, av. 50 planches color. Lpz. 802. 4. (10 thl.) 3½ thl.

v. Schlechtendal, D. F. L., Linnaea. Ein Journal für Botanik in ihrem ganzen Umfange. 25 Bde. m. viel. z. Theil col. Tfln. Berlin u. Halle 826—52. (150 thl.) schön gehalten. wie neu. 55 thl.

Linné, C., Hortus Cliffortianus, pl. exhibens quas in hortis tam vivis quam siccis Hartecampi in Hollandia coluit vir nobiliss. et generosiss. G. **Clifford** reductis varietatibus ad spec., speciebus ad gen., genera ad classes adjectis locis plant. natalibus differentiisque specierum, c. 37 tabb. aen. Amstel. 737. Fol. S. Ebert 12017. Pritzel 5982.) sehr selten. 10 thl.

Zeitung, Botanische, hersg. von H. v. Mohl u. D. F. L. v. Schlechtendal. 1—8. Jahrg. m. lith. z. Theil color. Tafl. Berl. 843—50. (39½ thl.) 16 thl.

Acta, nova, physica-medica acad. Caes. Leopold.-Carolinae naturae curiosor. tom. IX—XXII. (m. allen dazu gehörenden Supplem., ganz compl.) auch u. d. Titel Verhandlungen d. Kaiser Leopold. Academie 1—14. Bd. in 32 Voll. c. mult. figg. Erlang., Bonn u. Breslau 818—50. 4. 16 Bde. schön. Hfzbd. d. übrig. broch., Exempl. wie neu. (320 thl.) 130 thl.

Transactions of the Linnean society. 17 vols. w. 443 color. u. schw. Kpfrn. collat. (Ldpr. 300 thl.) Lond. 791—834. 4. geb. schön gehalten. 90 thl.

Wiegmann, A. F. A., Archiv f. Naturges., fortg. v. mehr. Gelehrt. 1—16. Jhrg. (1835—50.) m. 154 K. Berl. (102 thl.) 36 thl.

La Billardière, J. J., relation du voyage à la recherche de la Pérouse 2 Vls. av. Atlas en fol. 44 pl. Paris 1800. ouvrage estimé v. Brunet. 8 thl.

Audebert, J. B., Histoire naturelle des Singes et des Makis, av. planches soigneusement imprimées en couleur et 2 plchs. de figures anatomiqu. Par. 800. Fol. (300 frcs.) demi-rel. 24 thl.

Bloch, M. E., Oekonomische Naturgesch. d. Fische Deutschlands. 3 Thle. u. Naturgesch. d. ausländisch. Fische. 9 Thle. m. Atlas u. 432 color. Kpfrt. in qu. Fol. Berl. 782—95. 4. (180 thl.) (Text 12 Bde. Hfrzbd. Kpfr. 4 Bde. Frzbd.) Ebert 2473. 45 thl.

Carus, C. C., tabulae anatom. comparat. illustrantes, vers. lat. a J. A. L. Threnemann. 6 Voll. c. 52 tabb. aen. Lpz. 828—43. Fol. (72 thl.) wie neu. 35 thl.

— Erläuterungstafeln z. vergleich. Anatomie. 6 Hfte. m. 52 Abb. ebd. 826—43. (72 thl.) 35 thl.

— Atlas d. Cranioskopie, 2 Hfte. m. 20 lith. Taf. Lpz. 843. 5½ thl.

Ehrenberg, C. G., et **Hemprich,** symbolae physic. seu descript. et icones corp. natur. nov., quae ex itinerib. per Lybiam, Aegyptum etc. red. Mammelia Dec. I. et II. et aves dec. I. (nicht mehr erschien.) c. 30 tabb. col. Brl. 838. Fol. (34½ thl.) wie neu. 20 thl.

Müller, J., u. J. **Henle,** systemat. Beschreib. d. Plagiostomen. 3 Hfte. m. 60 col. Taf. Brl. 841. Fol. (32 thl.) 20 thl.

— u. H. **Troschel,** horae ichthyologicae. 2 Hfte. d. Familie d. Charicinen, m. 11 Kpfr. ebd. 845. 4. (7½ thl.) 4 thl.

— — horae ichthyologicae, 3 Hfte. m. 16 Kpfrt. ebd. 845—49. (11⅓ thl.) 8 thl.

Stein, Fr., Vergleichende Anatomie u. Physiologie d. Insecten in Monographien bearbeitet. I. Monographie. Die weiblichen Geschlechtsorgane d. Käfer, m. 9 Kpfrt. Berl. 847. Imp. 4. cart. (10 thl.) wie neu. 5⅙ thl.

Tschudi, J. J., Fauna Pernana, m. 72 col. Tfln. St. Gallen 844—46. gr. 4. Lwdbd. wie neu. (27 thl.) 17½ thl.

Schaeffer, J. C., icones insectorum circ. Ratisbonam indigenorum coloribus naturam referent. expr. c. 280 tabb. col. Regensb. 4 Tmi 1766—79. (schönes Exemplar.) (60 thl.) 18 thl.

H. W. Schmidt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0075

Anzeige für Naturhistoriker von grosser Wichtigkeit.

In meinem Verlage erschien so eben:

Petzholdt, A., Silification organischer Körper mit 32 Abbild. 4. 1853. 1 Thlr.

Für Geologen eine der interessantesten Forschungen neuerer Zeit! —

Dr. O. Ule, Das Weltall. Beschreibung und Geschichte des Kosmos im Entwicklungskampfe der Natur. Allen Freunden der Natur gewidmet. Mit vielen Holzschn. 3 Bde. 2. vermehrte Auflage. 1853. 3 Thlr.

Eine Kritik der Berliner Zeitung 1850. No. 218 spricht sich bei dem Erscheinen der ersten Auflage dieses Werkes folgendermaassen aus:

Grosse Ereignisse gehen an keinem Gebiete des Lebens spurlos vorüber, überall schaffen sie neue Keime der Entwickelung. Auch die Wissenschaft bleibt niemals den politischen Stürmen fremd, und die Geschichte lehrt es, dass die Epochen des Völkerlebens mit den Epochen der Wissenschaft Hand in Hand gehen.

In dem ersten Bande eröffnet uns der Verfasser einen Blick in die Tiefen des Himmels und führt uns durch die Entwicklungsgeschichte der Welt hinüber zu unsrer Erde, die sich als Gasring von dem grossen, unser ganzes Sonnensystem umfassenden Gasball lostrennt und selbstständig zusammenfügt. Er lehrt sie uns kennen als Glied jenes grossen lebendigen Naturganzen, das er Kosmos nennt, wie sie Theil nimmt an dem Leben und der Bewegung desselben, durch fremde Einwirkungen beherrscht wird, als Weltkörper im Weltraum, als Planet im Planetensystem. Dann aber zeigt er uns die Erde auch als selbstständigen Organismus, der von innen heraus sich zu einem Ganzen auszubilden strebt, und dessen Bildungsprocess ein theils noch dauernder, theils vergangener ist. Hier sehen wir das planetarische Leben der Erde sich entwickeln, wie es unter dem Einflusse jener das ganze Weltall durchströmenden kosmischen Kräfte angeregt und genährt wird. Wir sehen das Walten jener lebenerzeugenden Kräfte, der Wärme und des Lichts, des Magnetismus und der Elektricität, umschlungen von einem geschwisterlichen Bande; wir ahnen eine Einheit in den bunten Erscheinungen der Natur, einen Gottesgeist, der in Allem lebt und die Monde wie den Sonnenball als Kinder einer Kraft umfasst. Hier, wo das Leben uns in der reichen Fülle seiner Erscheinungen entgegentritt, gewährt es uns, was ein freies, sich von innen aus kräftig entfaltendes Leben immer gewähren sollte, eine Geschichte.

Diese Geschichte der Erde umfasst den zweiten Band des Werkes, in dem sich Alles um sie, wie um den innern Kern bildet, so dass die Natur, wie ein offenes Buch, ihre Vergangenheit und Gegenwart uns enthüllt. Wie sich die Erde von ihrer ersten einfachen Gestalt allmälig umwandelte, verdichtete, Continente und Meere auf ihrer Oberfläche abschied, wie sie Gebirge aus ihrem Schoosse hervorhob, Thäler und Ebenen schuf, wie zuletzt ein organisches Leben auf ihr erwachte, das immer wieder durch gewaltige Revolutionen gehemmt und vernichtet ward, aber immer wieder wie ein Phönix aus seiner Asche emporkeimte, in immer neuen und vollkommnern Gestalten erblühte, bis es durch eine wunderbare Stufenfolge von Formen und Bildungen jenes lebendige Kleid wob, das jetzt die Oberfläche unsrer Erde schmückt: das Alles lesen wir nicht in den Mythen und Sagen alter, entschwundener Völker, sondern in dem Buche der Natur selbst.

Der Verfasser beginnt daher im zweiten Bande mit der Untersuchung der noch heute die Gestalt der Erdoberfläche umwandelnden Veränderungen durch vulkanische, neptunische und organische Kräfte, und schliesst mit der Darstellung der jetzigen Verhältnisse derselben, der Gesteinschichten der Erdrinde, der Entwickelung und geographischen Verbreitung der Pflanzen und Thiere, der physischen Abstufungen des einigen, überall geistiger Kultur fähigen Menschengeschlechts, der Entfaltung des Völkerlebens unter dem Einflusse des Naturlebens.

So reich und anziehend hiernach der Inhalt dieses Werkes, so gründlich und geistvoll ist die Behandlung des Stoffes, so klar, sinnig und voll edler Popularität die Form der Darstellung. Die kosmische Weltanschauung, der Gedanke der Einheit von Natur und Geist durchdringt den Verfasser mit wahrhaft religiöser Weihe und giebt seinen Worten einen unwiderstehlichen Zauber.

Wir empfehlen dieses Werk mit dem Verfasser „allen Freunden der Natur", die wahre Geistes- und Herzensbildung aus den unendlichen Tiefen der Natur zu schöpfen trachten. Wir empfehlen es dem Manne, der im Sturm der Zeiten den Hafen sucht, wie dem weiblichen Gemüthe, das so gern in den lieblichen Wundern der Natur weilt, und wir sind überzeugt, dass in der Seele des Lesers mehr als eine Ahnung von dem erwachen werde, was dem Verfasser als heiliges Original vorschwebte.

Eine gleiche Aufnahme fand auch das zweite Werk dieses Verfassers:

Die Natur, — ihre Kräfte, Gesetze und Erscheinungen im Geiste kosmischer Anschauung von **Dr. O. Ule**. 11 Bogen. 8. 1851. 20 Sgr.

Leichhardt, J., Tagebuch einer Landreise in Australien von Moreton-Bay nach Port-Essington, übers. von E. A. Zuchold. Mit Holzschn. 1851. 2 Thlr.

Ist nach allen über das Werk erschienenen Kritiken die bis jetzt wichtigste nach Australien unternommene Reise.

Die Pflanzennamen der Deutschen Flora in alphabetischer Ordnung etymologisch erklärt von **Ad. Martin**. gr. 8. 8 Bogen. 1851. Preis 15 Sgr.

Grässner, F., Blicke in das Leben und die Entwickelungsgeschichte der Schmetterlinge, nebst einem Anhange für angehende Schmetterlingssammler mit ausführlicher Anweisung zur Errichtung und Erhaltung einer reichhaltigen Schmetterlingssammlung, Beschreibung und Abbildung der hierzu nöthigen Instrumente, so wie einem zahlreichen Verzeichniss jetzt lebender deutscher Schmetterlingssammler. Mit 2 Kpfrt. Halle 1853. $^1/_2$ thl.

Keferstein, Ch., geogn. Bemerkk. üb. d. basalt. Gebilde des westlichen Deutschlands; als Forts. d. Beiträge z. Geschichte u. Kenntniss des Basaltes. Hierbei 1 illum. Charte. 1820. 8. $1^1/_6$ Thlr.

— — Geschichte u. Literatur d. Geognosie. 1840. 8. n. $1^1/_3$ Thlr.

H. W. Schmidt's Verlagsbuchhandlung.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0076

✓ AB HH 35

ULB Halle 3
005 533 147

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0077

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0078

Schlechtendal:

HORTUS HALENSIS

TAM VIVUS QUAM SICCUS

ICONIBUS ET DESCRIPTIONIBUS

ILLUSTRATUS

A

D. F. L. DE SCHLECHTENDAL,

HORTI DIRECTORE.

FASCICULUS I. — III

Ungültig

B 61. 4°

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-43194/fragment/page=0079